This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

1605

72

AULA S^ti^ EDMUNDI,

IN UNIVERSITATE OXON.

SOLD BY AUTHORITY

H. Bauer pinx. R. Cooper sc.

D. Joh. Fried. Schleusner,

Theologus Viteberginensis.

NOVUS THESAURUS

PHILOLOGICO-CRITICUS:

Liber Bibliothecæ
Aulæ Sti Edmundi
Bon

SIVE,

LEXICON

IN LXX.

ET RELIQUOS INTERPRETES GRÆCOS,

AC

SCRIPTORES APOCRYPHOS

VETERIS TESTAMENTI.

POST BIELIUM, ET ALIOS VIROS DOCTOS,
CONGESSIT ET EDIDIT

JOH. FRIED. SCHLEUSNER,

PHILOSOPHIÆ ET THEOLOGIÆ DOCTOR, HUJUSQUE PROF. P. O. ÆDI ARCIS PRÆPOSITUS,
SEMINARII ECCLES. REGII VITEB. DIRECTOR.

EDITIO ALTERA, RECENSITA ET LOCUPLETATA.

VOLUMEN PRIMUM.

LONDINI:
JACOBI DUNCAN, 37, PATERNOSTER ROW;
J. PARKER, OXONIÆ; ET J. ET J. J. DEIGHTON, CANTABRIGIÆ.

1829.

BODLEIAN
18 OCT

TYPOGRAPHORUM PRÆFATIO.

LECTORI S.

Dr Schleusneri, viri venerabilis, sacris in literis laboribus longè dissere, supervacaneum certè existimaremus. Pervenit in omnium jamdudum manus Lexicon ejus Novi Testamenti, quater enim ex Germanicis, bis prelis Britannicis exivit, et ad paginas nemo nisi estimatione summâ, veneratione quidem dicere liceat, unquam adit. Bene igitur, ut speramus, et de patriâ et literis, Lexica illius juris publici faciendo, meruimus; nam olim illud in Novum Testamentum, nunc alterum in LXX. et reliquos interpretes Græcos, ac scriptores apocryphos, Veteris Testamenti excudimus; quæ opera, artis criticæ in sacris bibliothecam, maximi pretii ac fere absolutam, studiosis exhibent. De voluminibus hisce perpauca dicere restat.

Exemplar Lipsiense fere in omnibus secuti sumus; in quibusdam tamen emendare, in nonnullis augere, operam dedimus. Capitum numeros et versuum minus accurate citatos sæpe invenimus. Hos, adjuvantibus Scriptis ipsis Sacrosanctis, Trommii Taylorique Concordantiis, curâ quantum potuimus curavimus, itaque molestiam lectoribus non parvam sustulimus; locis quoque, tum Græcis tum Hebraicis, mendas aliquando typographicas expurgavimus. Si istiusmodi sphalmata hinc inde oculos nobis effugerint, lector perite, chartæ Germanorum tenebritatis, ac preli censoris laborum tædii, ne immemor sis.

Voces omnes Germanicas formulasque sermonem in vernaculum, a T. Schoberl, Londinensi, verti curavimus.

Indicem locupletissimum Hebraicum, jamprimum instructum, suppeditavimus. Modo insueto, at præter omnia simplici, disponitur; vox unaquæque non ut solet sub radice, sed ut in contextu constet, cum præfixis, uti vocantur, et affixis omnibus, seriè distribuitur. Rudioribus, doctioribus, adjumenta non injucunda sic allaturi speramus. Linguæ enim stat clavis uberrima, facillimè adpetenda, Veteris Testamenti vocabula primo obtutu ostendens, periodosque quibus largiuntur singulos; quinetiam grammatices Orientalis, in evolvendo, doctrinam haud egregiam flagitans. Præterea, lectiones manuscriptorum varias codicumque aperiendi, vel in concordiam redigendi, facultates ministrat præstantes; nam voces et simplices et compositæ, membris singulis aut compluribus consentientes, apponuntur; et quis nesciat verba, literis simillima, interpretatione toto sæpissime cœlo inter sese differre, et ipsâ literâ commutatâ aut perperam collocatâ, obscurari sententiam integram, aut prorsus vitiari?

Ad capitum versuumque ordinem, sicut in editione Wecheli disponuntur, ab Auctore Nostro Doctissimo, fere semper refertur; eodemque utitur Trommius clarissimus supra laudatus. At eorum gratiâ, qui Bosii adhibent editionem, quæ nostratibus usitatior nuperque a nobis formâ concinnâ nitidâque evulgata est, versuum collationem ex Trommii Concordantiis depromptam, et sicut primùm Bosio celeberrimo adornatam, subjunximus.

Favore vestro, Lector Benevole, gaudeamus. Quicquid feliciter effecimus comprobes tu libens, quicquid infeliciter condones, ne frustra petamus. Librorum tibi studiis sacrorum omnia felicia faustaque sint!

Ex Æd. Typog. Acad. Glasg.
Ipsis Kalendis Augusti 1822.

LECTORI BENEVOLO

SALUTEM ET OFFICIA.

Quemadmodum ego in omnibus, quæ mihi per omnem vitam meam hucusque contigerunt, sapientem ac providam Dei O. M. rerum mearum curam semper usu meo expertus sum, ita quoque libri a me hucusque editi ita sua habuerunt, non cœca illa, sed quibus beneficio divino uti mihi licuit. Juvenis adhuc eram, magna quidem, immo ardentissima Linguas Græcas et Hebraicas discendi ac docendi cupiditate flagrans, sed, quia mihi admodum angusta res domi erat, subsidiis literariis haud bene, certe non ex voto meo instructus, cum in lucem publicam prodiret Joh. Christiani Bielii Past. quondam ad D. Ulric. et Joan. Brunsvic. *Novus Thesaurus Philologicus, sive Lexicon in LXX et alios Interpretes et Scriptores Apocryphos Veteris Testamenti*, quod ex B. Auctoris MSCto cum præfatione ediderat E. H. Mutzenbecher tunc temporis V. D. M. Eccl. Luther. Haganæ tribus partibus Hagæ Comitum 1779. octonis. Quo diutius et avidius hoc Lexicon a Viris Doctis expectatum fuerat, eo majori desiderio illud mihi comparandi et ego, ut bene adhuc memini, ferebar, sed quominus ei satisfacere possem, egestate me impediri, per aliquot annos admodum ægre ferebam. Singulari quodam providentiæ divinæ nutu et casu admodum secundo accidit tandem, ut post integrum et quod excurrit biennium facultates adquirerem comparandi mihi exemplum admodum splendidum hujus libri præstantissimi, utilissimi ac omni laude mea majoris, quo quomodo usus fuerim, *Spicilegium Lexici in Interpretes Græcos V. T. maxime Scriptores Apocryphos*, quod Lipsiæ 1784. sumtibus S. L. Crusii octonis prodiit, quemlibet docere facile potuit. Hoc Spicilegio maxime, quo, ut aliis viris doctis, ita inprimis

Celeb. et Doct. Heynio de meliori innotescere mihi contigit, factum est, ut mihi brevi post inopinato demandaretur provincia admodum honorifica theologiam ac speciatim exegeticam tradendi auditoribus in *Celeberrima Academia Georgia Augusta*, cui Deus semper faveat, in qua, corona Virorum Clarissimorum et Doctissimorum cinctus, per decem et quod excurrit annos commoratus sum, et præter alia scripta minoris pretii a me edita ac continuationem *Spicilegii* supra jam commemorati, omne mihi a reliquis laboribus academicis concessum otium ac indefessam operam elaborationi ac editioni *Novi in .Novum Testamentum Lexici* (cujus quarta unice genuina editio proxime superiore anno Lipsiæ prodiit,) impendi. Non defuerunt quidem jam tum viri docti ac harum literarum studiosi, qui me passim partim coram partim per literas cohortarentur, ut, qua incepissem via, pergerem, et vel novam Operis Bieliani editionem curarem, vel novum huic simile opus in Versiones Græcas V. T. conficerem, sed horum desideriis et votis vel ideo respondere non potui, quia munerum gravissimorum in Academia Vitebergensi mihi postea demandatorum ratio me ita studiis rerum magis necessariarum distentum et quasi vinctum tenuit, ut raro tantum, ac aliud agendo ad interpretes Græcos V. T. oculos meos retorquere potuerim. Dum hæc ita gerebantur, exarsit funestum illud bellum Franco-gallicum, quod non solum per omnem Europam sæviit, sed etiam Vitebergæ meæ ac speciatim Universitati literarum ibi *fundatæ* (cujus olim florentis Musarum sedis nil amplius nisi umbram adhuc superesse, nunquam dolere desinam,) tristia ac calamitosa adduxit tempora, et non solum effecit, ut maxima negotiorum cum muneribus meis conjunctorum pars prorsus cessaret, sed etiam ipsa Academia, cui omnem vitam ac *fidem* meam consecraveram, non sine *perfidia* nonnullorum, quos posteritati judicandos relinquo, antiquam ac venerandam sedem suam mutare cogeretur. Postquam anno hujus sæculi decimo tertio, excepta unice præstantiore bibliothecæ meæ parte, omnia mea, tres nempe domos ac omnem supellectilem, flammarum ab oppugnatoribus *fortiter* excitatarum vi perdideram, Lipsiam, urbem patriam meam, secedere coactus, toleratis præterea terroribus et vitæ periculis, quæ cum prœlio gravissimo ad portas fere hujus urbis eodem anno commisso conjuncta erant, incidi tandem in febrem, quam neurodem medici vulgo appellare solent, et quæ ad summum vitæ periculum me, vexationibus hostium jam satis debilitatum, adduxit. Sed Deus prolationem vitæ mihi benigne decreverat. Vix autem restitutus, summo virium defectu adhuc laborans, auxilioque divino unice fretus, consilium jam abjectum recepi de edendo hoc Thesauro, ad quem adornandum inde a primis vitæ meæ in literis transactæ annis tam multa parata habebam, et quem jam exantlatis feli-

citer omnibus laboribus ac molestiis, ac omni otio meo in eum impenso, lectori benevolo tradere eo minus dubito, quo certius mihi certe persuasum est, libro huic nihil eorum deesse, quibus ornatus prodire e manibus meis debuit, quanquam non omnia ita a me exhausta arbitror, ut nulla addendi, dissentiendi, fortasse quoque carpendi, certe vituperandi adsit materia. Ita nunc, Deo ita volente, in eo desinat dilegentia et assiduitas mea ac bene merendi studium, a quo ante hos triginta et quinque annos incesserat. Sic, ut multis quoque aliis adhuc probare possem, habuit hic quoque liber meus fata sua, quæ Dei benignitati unice gratissima mente tribuo.

Non possum vero hunc librum e manibus dimittere, quin etiam de consilii, quod in eo edendo secutus sim, ratione, ac de subsidiis, quæ mihi profuerint, lectores breviter admoneam. Jam vero vel ex ipso titulo huic libro præfixo luculenter apparet, me hoc maxime spectasse, ut *omnia*, quæ partim a Bielio, partim a viris doctis, quos ætas nostra tulit, post Bielium ad illustrationem et emendationem versionum Græcarum ac librorum Apocryphorum V. T. hucusque prolata fuerunt, summa cum dilegentia collecta et in justum ordinem redacta ita exhiberentur, ut e Bielii Thesauro, ac reliquis omnibus, quæ partim a me ipso, partim a Breitschneidero, Kreyssigio aliisque viris clarissimis ad illum locupletandum collata et scripta fuerunt, harum literarum studiosi omnino nunc carere commode possint. In hoc vero negotio brevitatis, ut par erat, eam rationem habui, ac ne libri moles pretiumque nimis incresceret, alia contraxi, alia, quæ mihi non ad rem pertinere videbantur, resecui, quod imprimis factum est in versione Latina Glossis Græcis Hesychii, Suidæ, aliorumque, ubique fere a Bielio addita. Præterea quoque viros nonnullos partim coram partim per literas rogavi, ut, si quid in his literis periclitati fuissent, emendationes ac observationes suas benigne mecum communicarent. Quod cupiebam unice a doctissimis et humanissimis Viris Kreyssigio, Professore Misenensi, et Zimmermanno, conconatore aulico Darmstadiensi, quos nunc honoris causa nec sine gratissimo animi mei sensu commemorare mihi licebat, impetravi, qui summa cum humanitate collectanea sua arbitrio meo permiserunt, ut ex iis, quæcunque mihi usui futura essent, expromerem. His quoque in adornando hoc Thesauro meo, sed ita usus sum, ut, ne mea cum alienis miscerem, aut aliorum observationes pro meis venditarem, aut uncis, aut aliis modis, qui facile cognosci potuerunt, ubique fere additis siglis K et Z, ipsorum observationes a meis rite distinguerem. Sed nec in his, quanquam non pauca erant, substitit industria mea, immo ut ad summam, quantum per me fieri poterat, perfectionem hoc opus perduceretur, iteratis vicibus diligentissimam collationem versionum Græcarum V. T.

cum textu Hebraico eo consilio institui, ut omnes voces Græcas ac Hebraicas a Bielio omissas, quarum magna mihi se obtulit copia, enotarem ac suis locis insererem, quas, ut eo facilius a reliquis distinguerentur, asteriscis notare placuit. His addidi permultas significationes ac phrasium proprietates a Bielio itidem non observatas, quarum quot deprehenderim, vel solus aspectus et subitaria perlustratio abunde satis commonstrat. Suscepi præterea in me molestum ac tædiosum negotium rudem illam et indigestam variarum lectionum aut potius mendarum farraginem, quam Holmesio suæ LXX Intt. editioni (cujus octo priores tomos tantum videre mihi benevolentia illustris et amici carissimi Reussii contigit,) addere placuit, perlustrandi et conferendi, e qua autem me parum profecisse ingenue fateor. Addidi quoque ea, quæ *Quartus Liber Maccabæorum*, ut vulgo dicitur, et cujus Bielius nullam prorsus rationem habuerat, ad augendum et ornandum hunc Thesaurum suppeditare mihi poterat. In eis locis autem, ubi LXX ac reliqui Interpretes Græci a textu Hebraico discrepare videntur, sunt autem, uti omnes sciunt, haud pauca, maxime in Iesaiæ ac Proverbiorum libris, haud minima pars laboris mei erat hæc, ut rationes discrepantiarum investigarem, ac variis modis, inprimis reliquarum linguarum orientalium ope, dissensum tollere studerem, ubi nempe fieri potuit. Quis enim omnium illarum discrepantiarum rationem reddat? aut quis dixerit, unde omnia interpretamenta et additamenta Græca originem duxerint? His omnibus denique, ne quid hujus rei studiosi desiderent, singulis fere paginis adjeci observationes criticas ad emendationem textus versionum Græcarum V. T. admodum corrupti pertinentes, haud raro quoque conjecturas criticas, quarum catalogum index in fine libri exhibebit, quas tamen, quanquam non omni probabilitate destitui mihi certe videbantur, aliis ideo obtrudere nollem. At vix opus esse videtur, ut descriptioni hujus operis diutius immorer. Quid in hoc libro edendo spectaverim, ac quid vere præstiterim, ut lectores ipso libri usu suo cognoscant, quam per me intellegant, vel ideo malo, ne quis, operis mei patrocinium suscipere me voluisse, temere suspicetur. Ad externam hujus libri formam quod attinet, ab ea, qua quarta editio Lexici mei in N. T., quæ nuper tantum prodiit, se omnibus, quantum equidem scio, commendavit, minime differt, sive typorum elegantia seu chartæ candor spectetur. Dilegens vitiorum typographicorum correctio in hoc quoque libro viro doctissimo, ac de me, ut de omnibus literis, quæ ab humanitate nomen habent, optime merito, Godofredo Henrico Schæfero, Professori Lipsiensi Celeberrimo, unice debetur. Jam vero vale, erudite lector, quem iterum salutandi mihi nunc omnis spes fere ademta videtur, atque his, quibus ex sapien-

timo M. Catonis præcepto otii mei literarii *) rationem aliquam extare vobi, ita fruere, ut meæ de his literis bene merendi voluntati æquitatem tam, ut hucusque consuevisti, præstare pergas. Qui enim dat, quod habet, ab eo, quod non habet, exigi non debet.

Scripsi Vitebergæ d. IV. Februar. CIↃIↃCCCXX.

D. JOH. FRIED. SCHLEUSNER.

* Γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος. Solon apud Plutarch. Tom. I. pag. 382. Reisk.

PRÆFATIO

E. H. MUTZENBECHERI.

Prodit tandem in lucem diu et avide a viris doctis expectatum Lexicon Viri Græce doctissimi Io. Christ. Bielii in LXX et alios Interpretes et Scriptores Apocryphos V. T. et prodit tale, quale ex τοῦ μακαρίτου schedis accepimus. Cujus consilii rationes antequam exponam, non abs re esse duco, paucis L. B. docere, quæ me occasio ad Editoris partes suscipiendas vocarit.

Cum ante hos quatuor fere annos singulari providentiæ divinæ nutu Goettinga Hagam Comitum evocatus essem, ut hic apud cœtum Lutheranorum sacra facerem, S. V. Jerusalem, insigne Germaniæ decus, primus injecit mentionem de quærendo in Batavis librario, qui, quod multi, iique primarii in Germania librarii suis aliorumque inter Germanos celeberrimorum virorum precibus negarant, sumtus ad hunc Thesaurum edendum suppeditaret. Quod viri summi consilium cum S. V. Nicolao Barkey, Theologiæ Professore et Ecclesiaste Hagano, communicatum huic ita arrisit, ut pro ardenti suo in omne literarum genus studio Bouvinkium, Bibliopolarum Haganorum non postremum, auctoritate sua impelleret ad Bielianum opus eo, quo nunc prodit, nitore excudendum. Huic igitur imprimis Græcarum literarum studiosi, si grati esse velint, operis editionem acceptam referre debent, præsertim cum idem ultra progressus, ne molestiam quidem speciminum typographicorum mecum inspiciendorum refugerit. Verum cum minutæ literarum Hebræarum Græcarumque formæ optimi senis oculos fatigarent et multæ gravissimæ cum muneris tum studiorum occupationes illum huic rei vacare haud sinerent, totam operis curam mihi delegavit. Bielianum autem opus ad me transmisit tali patre dignus filius C. A. Bielius, Ictus, et Curiæ juridicæ Guelpherbytanæ adsessor, vir mihi amicissimus. Ipsam adeo auctoris orthographiam religiose servavi, nec quicquam mihi juris arrogavi in opere, quod ab tot annis tanto studio elaborasset.

Non ignoro quidem, per hos triginta quatuor annos, quibus Bielii Lexicon, quamvis jam anno hujus seculi quadragesimo quinto absolutum, a schedis jacuit, Criticæ sacræ tam Vet. quam N. Fœderis eruditissi-

morum virorum scriptis multum affusum esse lucis, qua si Bielio nostro jam frui licuisset, opus suum mirum in modum emendare et locupletare potuisset. Ac fuit vir eruditissimus inter Germanos, cui Bielianus Thesaurus his novis subsidiis ornandus et amplificandus videretur. Sed ne dicam, me saltem eum non esse, qui hic loci et in hoc meo muneris vitæque genere quædam afferre posset, Bieliano opera digna, (pannum vero unum alterumve splendidæ vesti assuere religio vetat) ipse inprimis ab hoc consilio me deterruit metus, ne sic in infinitum quasi excresceret suapte natura jam satis amplum et copiosum opus. Et quid aliud, nisi libri moles Germanos librarios, quibus non semel oblatus est, ab eo literarum formulis exscribendo revocavit? Præterea cum opus veræ philologiæ studiosis maxime inservire possit, ratio ineunda erat, ut modico pretio possit ab omnibus comparari. Quid? quod ipsi in hac re judices peritissimi (inter quos unum illustrem Michaëlis nominasse satis sit) optimum putarunt, Bielii opus nec auctum nec mutatum, i. e. quale auctor reliquisset, in lucem proferri. Ac sane eam habet præstantiam, ut nativa sua forma, spretis aliorum lenociniis, placere audeat. Ipsi adeo in arte critica, sacra inprimis, apud Germanos exercitatissimi viri, Ernesti, Michaëlis, Tellerus, aliique, editionem Lexici, quod ex specimine, *Exercitationi* adjecto, *de Lignis ex Libano ad templum Hierosolymitanum ædificandum petitis, Brunsvigæ* 1740. 4. satis cognorant, publice privatimque optarunt. Utantur igitur Philologiæ sacræ cultores hoc opere, quale id auctor ipse illorum usui pararat. Quicunque autem longius in hoc genere sunt provecti, peculiaribus libellis, si ita videatur, illud vel augeant, vel emendent. Ita futurum auguramur, ut plurium doctorum studiis conjunctis Clavem, qua adhuc caremus, in LXX et reliquos V. T. Græcos interpretes omnibus numeris perfectam habeamus.

Ipsum studium LXX interpretum, quod paucis demum abhinc annis vehementius quam unquam celebrari cœpit, Bieliano opere multum juvari posse omnes fatebuntur. Sed et N. T. libri multum inde illustrantur, Cum Bielius præcipuas quasque voces ac loquendi formulas ex LXX Intpp. in N. T. derivatas solerter notaverit, multisque adeo locis N. T. multum lucis attulerit. Cujus rei exempla ipse nuper dedi in *Specimine Illustrationum Variorum N. T. Locorum* ex b. *Bielii Thesauro Philologico*, quod *Fasciculo primo Classis secundæ Symbolarum Litterariarum Haganarum* inseruit V. S. R. Barkey, pag. 1. seqq.

Judicium vero de hoc Opere meum interponere quid attinet, cum ipse Bielius in præfatione Exercitationis supra dictæ de illo vere et accurate statuerit? Cujus verba hic addere non alienum puto.

" Cum jam in eo sim," inquit, " ut *Novum Thesaurum Philologicum*, sive *Lexicon in LXX et alios interpretes Apocryphos V. T.* longe plenius

auctius, quam Cl. Jo. Andreas Kealerus in Appendice Criticæ Sacræ Edardi Leigh, aliique B. Fabricio Bibl. Græc. Vol. X. p. 94. seq. laudati, dierunt, condam, illudque prelo fere paratum habeam, *Specimina* quæ-dam inde addere visum est. In illo autem Lexico omnes voces apud dictos Interpretes et Scriptores Apocryphos V. T. occurrentes juxta harum seriem exhibeo. Singulas autem initio quidem ita expono, ut primo statim obtutu appareat, quid significent, et quibus significationibus apud eosdem Interpretes et Scriptores veniant. Deinde, si voces, apud LXX et alios Græcos V. T. Interpretes occurrentes, spectemus, Hebræas vel Chaldæas illis respondentes ad ductum Concordantiarum Trommianarum, ordine rursus Alphabetico, insero, et loca quædam, quibus occurrunt, et e quibus earundem significationes et structuræ perspici possunt, subjungo. Sique in Græcis vocibus quædam inveniantur, quibus Hebraeæ vel Chaldææ non apud LXX, sed in Aquilæ, Symmachi, Theodotionis, et ceterorum Interpretum fragmentis tantum expressæ sunt, vel etiam, quæ in Scriptoribus Apocryphis alio significatu, vel alia constructione, quam apud Interpretes Græcos, leguntur, loca eo spectantia in fine cujusque vocis addo. Inque illis, quæ in laudatorum Interpretum fragmentis reperiuntur, haud exiguo mihi usui fuit summi viri, Bernardi de Montfaucon, Lexicon Græco-Hebraicum, Reliquiis Exemplorum Origenis, Paris. 1713. fol. editis, subjunctum, et ad calcem Concordantiarum Cl. Trommii repetitum. Neque omitto loca, quibus nullas in textu authentico voces Græcis respondere deprehendi; præsertim si Græca vocabula alia ibi notione, quam in reliquis locis, usurpentur, vel ad confirmandam significationem vocum, alibi extantium, facere possint. Præterea multas voces et phrases, in subsidium adhibitis exteris scriptoribus, Glossariis item Græcis, tam editis, quam ineditis, antiquitatibus, imo et Philologis et Criticis præstantissimis, expono, et cum illis subinde confero voces et phrases apud Scriptores Novi Fœderis occurrentes. Cumque inter Glossaria Græca Hesychius magno mihi emolumento fuerit, Glossæ, quas inde sub titulo Hesychii Sacri aliquando edere constitui, hic maximam partem comparebunt.

"Minime autem Lexicon illud ex Concordantiis solummodo Trommianis, et aliis Lexicis Sacris, sed ex ipsis etiam præsertim Interpretibus Græcis et Scriptoribus Apocryphis, cum studio quodam a me perlectis, me concinnasse facile aliquis perspitiet, qui voces quasdam, vel in his Specimínibus extantes, cum Concordantiis laudatis et aliis Lexicis Sacris contulerit. Sic, e. c. quæ in v. Ἰσος ex Job. V. 14. XIII. 28. XV. 16. XXIX. 14. it. Job. XI. 12. XIII. 12. XXVIII. 2. in Λόγον ἴχω ex Tob. V. 26. et X. 14. in v. Μετὰ ex Es. LII. 3. Prov. XXIV. 12. 1 Reg. II. 28. 1 Par. XVII. 2. Jud. VI. 12. 2 Reg. VII. 3. Deut. XXXI. 10. et

in v. Ὅτι ex Job. XXXIII. 3. Ps. LVIII. 18. 3 Reg. I. 13. Gen. XIV. 23. XX. 2. Ps. XXXVI. 20. Jud. I. 19. Es. II. 6. Jud. XV. 3. 1 Reg. II. 25. Ps. CXV. 1. Es. X. 23. 1 Reg. XIV. 39. Exod. XIII. 17. 1 Paral. XVII. 6. allata et citata sunt, in Concordantiis Trommianis et aliis Lexicis frustra quæruntur.

" Quantum ad utilitatem hujus Lexici, illam nemo, credo, in dubium vocabit. Primo enim ad Alexandrinos, quorum versionem ad intelligendum textum Hebræum utilem imprimis, imo necessariam judicarunt viri eruditissimi, aliosque Interpretes Græcos, et scriptores Apocryphos V. T. explicandos et illustrandos haud parum faciet. Multumque aliquis de vocum significationibus, quibus illæ apud Græcos Interpretes reperiuntur, confirmari poterit, si statim ex hoc Lexico videre possit Hebræas et Chaldæas voces, quibus in textu authentico respondent. E. c. quod vox ἀγορὰ etiam *plateam*, λόγια *prophetias*, νόμος *canticum*, ὅτι *certe*, *profecto*, *quare*, φωτίζω *doceo*, significent, de eo aliquis eo facilius persuadebitur, si videat, quod ἀγορὰ aliquando Hebr. שוק et חוץ, λόγος נבואה, νόμος שיר, ὅτι אך, אבו, למה, φωτίζω הירה, respondeat.

" Deinde cum Novi Fœderis Scriptoribus multa ex Græca Alexandrinorum V. T. versione depromta, quin omnia pæne eorum verba et loquendi formulæ, docente Cel. Schwartzio not. ad Olear. de Stil. N. T. p. 294., inde profecta sint, manifestum, quod e Lexico, in quo voces et phrases Alexandrinorum Interpretum paulo curatius explicantur et illustrantur, Scriptores N. T. magnam lucem possint accipere. Illudque vel ex Speciminibus, quæ nunc in lucem prodeunt, jam haud obscure apparere puto. Vide, si placet, quæ v. Ἑτοιμάζω ex Matth. XXV. 34. v. Θόρυβος ex Marc. V. 38. et Matth. IX. 23. v. Καταφέρω ex Luc. VI. 22. v. Λόγος ex 1 Thess. IV. 15. et Luc. III. 4. in Λόγον ποιέομαι ex Act. XX. 24. Μετὰ ex Marc. X. 30. v. Παραδίδωμι ex Rom. I. 28. v. Νόμος ex Ioh. X. 34. XV. 25. v. Πρῶτος ex 1 Cor. XV. 3. v. Συγκλείω ex Rom. XI. 28. v. Τρισὶ ex Matth. II. 16. v. Ταλος ex Apoc. XXI. 18. 21. sunt allegata.

" Porro alii Thesauri Græcæ Linguæ, et Lexica tam sacra, quam profana, magna augmenta inde poterunt capere, et Lexicon præsertim Pasoris, cujus novissima editio, Cel. Schoettgenio procurata, Titulo omnibus vocibus LXX aliorumque Græcorum Interpretum, Apocryphorum item V. T. aucta perhibetur, aliquot centuriis vocum, longe pluribus autem earum significationibus et phrasibus augeri poterit. Ut dictis aliquam fidem faciam, voces enarrabo, quæ in prima statim litera Lexici illius deesse deprehendi. Sunt illæ numero 98 sequentes: Ἅ ἄ. Ἀβαρά. Ἀγριολάχανα. Ἀγρώτης. Αἰσχύνωμα. Ἀκαν. Ἀκαριαῖος. Ἀκιδωτός. Ἀκλεής.

'Αλλεῶς. Ἄκμα. 'Αλλοτρίως. Ἄλμα. *'Αμερής. 'Αμνησικακία. 'Αμορίτης. 'Αμλος. 'Αμυντήριον. 'Ανάγλυφον. 'Ανακτάομαι. 'Ανακυλίζω. 'Αναληπτήρ. 'Ανάλιος. 'Αναμεταξύ. 'Αναπήγνυμι. 'Αναπίνω. 'Αναπνεύμασις. 'Αναῤῥέομαι. 'Αναῤῥιφέω. 'Αναστέλλομαι. 'Ανάφυσις. 'Ανδρείως. 'Ανδρίς. 'Ανδρωδῶς. 'Ανελεημόνως. 'Ανελεημοσύνη. 'Ανενδεής. 'Ανθράκινος. 'Ανιῶμαι. 'Ανομοιογενής. Ἄνταρσις. 'Αντιδικαιόμενος. 'Αντιδίδωμι. 'Αντίθετος. 'Αντικαθίζω. 'Αντιπρόσωπος. 'Αντίῤῥησις. 'Αντισταθμίζομαι. 'Αντιστρέφω. 'Αντισχύω. 'Αξιοπρεπής. 'Απαγγελία. 'Απαδικέω. 'Απαναισχυντέω. 'Απαραιτήτως. 'Απαυτομολέω. 'Απειρημένος. 'Απέχθεια. 'Απέχθομαι. 'Απεψία. Ἄπλετος. 'Αποβάλλομαι. 'Αποδύρομαι. 'Αποκέντησις. 'Απολέγομαι. 'Απόληγμα. 'Απομιτρόω. 'Απόμοιρα. 'Απομοχθόω. 'Αποπαύω. 'Αποπετάζω. 'Απόρησις. 'Αποῤῥυέω. 'Αποσείομαι. 'Αποσκέπτομαι. 'Αποστέργω. 'Αποστρωννύω. 'Αποσοσκευάζω. 'Αποσχέω. 'Αποτυγχάνω. Ἄρμα. 'Αρμονία. 'Αρπῶμαι. 'Αρωματίζω. 'Ασέληνος. 'Ασθενῶς. 'Ασινής. 'Ασκοπυτίνη. 'Ασμίζω. 'Ασπιδοφόρος. Ἄστεκτος. 'Αστραγάλειος. 'Αστραγαλωτός. 'Ατάρ. Αὐτοφόρος. Ἄφημαι. Ἄχραντος.

"Augeri etiam et emendari inde aliquando poterunt Concordantiæ Trommianæ, si denuo illas alicui edere visum fuerit.

"Denique Glossaria Græca Hesychii, Suidæ, aliorumque, tam edita quam inedita, magnam lucem, et in vocibus corruptis non raro medicinam inde accipient.

"Quo vero instituti mei rationem paulo penitius aliquis introspicere, et de illa judicare possit, dicti Lexici Specimina quædam, et quidem ex singulis Alphabeti literis duas voces, hac occasione dare volui. Mirumque in modum et me, et alios, quorum usui idem Lexicon illud destinatum est, sibi obstrictos reddet, qui, si vel singulares observationes quasdam in voces et phrases Græcorum interpretum, et Scriptorum Apocryphorum V. T. habeat, vel glossas ineditas præter illas, quibus mihimet ipsi jam uti licet, possideat, illas communicare mecum haud fuerit gravatus. Uti autem mihi jam licet Glossis e Lexicis duobus MStis Cyrilli. Alterum extat Oxonii in Bodleiana inter Codices Baroccianos hoc titulo: Λεξικὸν τοῦ ἁγίου Κυρίλλου 'Αλεξανδρείου, συντεθὲν παρὰ τοῦ κυρίου 'Αντωνίνου τοῦ φιλοσόφου. Suntque illi adjectæ: 1) Λέξεις τῶν Προφητῶν. 2) Λέξεις 'Ιεζεκιὴλ τοῦ Προφήτου. 3) 'Εκ τοῦ 'Ησαΐου καὶ 'Ιερεμίου. 4) 'Εκ τοῦ 'Εκκλησιαστικοῦ. Ita hic vocatur Ecclesiastes Salomonis. 5) E quatuor Libris Regum, quæ conveniunt cum illis, quas Celeberrimus Fabricius, ὁ τῶν ἐν ἁγίοις, in Bibl. Græc. Vol. X. p. 67. seq. ex Codice, quem ex Bibliotheca B. D. Abr. Hinckelmanni possedit, publicavit. Et alteræ ex alteris sæpe emendari possunt. 6) Λέξεις τῶν ᾠδῶν τοῦ ψαλτῆρος. Sunt voces ex Canticis Scripturæ. 7) Λέξεις τῆς Παναρέτου. Ita hic appellatur Sapientia Salomonis. 8) 'Ονόματα τῶν 'Αποστόλων ἑρμηνευόμενα. 9) Λέξεις τῶν Πράξεων. 10) Ex Epistola ad Hebræos. Alterum in Bibliotheca Amplis-

* Vox hæc æque ac paulo post notata ἀποσχέω non reperitur in Thesauro Bieliano.

simi Senatus Bremensis adservatur. Ejusque usum, quod gratus profiteor, olim cum Bremæ agerem, pro mirifico suo bonas literas promovendi studio concessit humanissimus æque ac eruditissimus, dum viveret, Reipublicæ Bremensis Syndicus, Gerhardus von Mastricht. En ejus titulum: Κυρίλλου εἰς τὰς ἀναφωνήσεις λέξεις τῆς ἁγίας γραφῆς. Estque illud ipsum, cujus mentionem facit in literis suis ad laudatum modo Fabricium, Cl. Reimaro de Vit. et Script. Ejusdem recensitis p. 226. Venerandus sacrorum Uratislaviensium Antistes, Jo. Fridericus Burg, cum quo antehac Lipsiæ ad pedes Philologi atque Theologi præstantissimi, Gottfridi Olearii, jam inter beatos cœlites triumphantis, (cujus in me merita nulla delebit oblivio) me sedisse, jucunda recordatio est. Nec immerito de Glossario illo Vir Doctissimus scribit, quod forte usu in illustranda dictione τῶν Ἑβδομήκοντα non destitueretur, si dari posset ad illius collationem aditus. Plane autem illud differt ab aliis Lexicis, quæ Cyrilli nomine in Bibliothecis extant, et quorum exemplum non solum Oxonii in Bodleiana usurpavi, sed etiam Lugduni Batavorum in Bibliotheca Academica me evolvisse, memini. Et præter voces Scripturæ multæ etiam ex profanis Scriptoribus Græcis in illo explicantur."

His Bielii verbis præfationi finem impositurus essem, nisi partes, quas suscepi, postulare viderentur, ut de vita scriptisque viri de re literaria præclare meriti pauca addam, quæ lectoribus non injucunda fore existimo. Bielii quidem nomen inter eruditos minime obscurum est, quod etiam insignis illa Albertina Hesychii editio, ad quam symbolas contulerat, justis laudibus ornatus ab Alberto in Præf. p. XXXIV. seq., valde apud exteros nobilitavit. Nec parum ad ejus gloriam pertinet, dignum existimatum esse ab acerrimo ingeniorum judice Richardo Bentleio, quocum sibi aliquid familiaritatis et literarum commercium esse vellet. Quo magis miror, ipsum Bielium, Germanum, a Germano, Joechero puta, in Lexico Eruditorum Lipsiæ 1750 seq. edito ne verbo quidem memorari, cum Bielius anno hujus seculi quadragesimo quinto jam de vita decesserit. Quare de vita et scriptis auctoris nostri hæc habeas, L. B., quæ maximam partem mecum communicavit unicus superstes filius, V. C. supra laudatus.

Natus vero noster Brunsvigæ anno seculi præteriti octogesimo septimo d. XII. Maii, literis, quibus ætas puerilis impertiri solet, in utroque patriæ urbis Gymnasio bene excultus, contulit se ad tres florentissimas Germaniæ Academias, primum ad Lipsiensem anno hujus seculi septimo, deinde ad Rostochiensem anno 1711. et sequenti anno ad Helmstadiensem, et ibi non intermissa sedulitate scholas celeberrimorum Theologorum, Philologorum ac Philosophorum frequentavit. Hoc spatio decurso Belgium et Angliam petiit, nec urbes modo invisit, sed et

cum eruditis, qui urbes nominis sui fama illustrarent, amicitiam contraxit, quam postea commercio literario magis excolere studuit. In Anglia primis Londini, Oxfordiæ et Cantabrigiæ commoratus, præ ceteris ex thesauris Bibliothecæ Bodleianæ multa excerpendo et annotando in usum suum convertit, idemque institutum in Belgio secutus est, præsertim in alma Batavorum Leidensi, cujus locupletissimam Bibliothecam non quasi per transennam strictim adspexit, sed tanta diligentia excussit, ut inde non pauca in futuros usus depromeret. Ab itinere in patriam reduci immortalis nominis vir G. G. Leibnitius, cui se probaverant ingenium ac doctrina Bielii, munus quoddam insigne Petropoli suscipiendum illi proposuit, suorum autem amore dulcique consuetudine ductus hanc sibi tam honorificam vocationem recusavit et sacro Brunsvicensium ministerio anno hujus seculi decimo nono se adjungi passus est. Aliquot annis post Pastor ad D. Ulrici et Joannis in patria urbe creatus, munus hocce, quod, nec molestum, nec late patens, gratum illi etiam faciebat, aliis amplioribus prætulit, quæ illi dein sponte tam in patria quam extra illam oblata sunt. Etenim Bielius ea ministri sacri officia, quæ in cœtibus nimis amplis occurrunt et animum magis debilitant quam recreant, illis reliquenda forte censuit, qui tum se studiis operæque defunctos esse putant, quando semel vel bis per hebdomadem sermonem coram populo habendum meditentur, reliquum vero temporis magis salutationibus, et alienis negotiis terant. Ille vero, quem nec res angusta domi luculentiora munera petere coëgit, omni quidem religione et cura contendit, ut muneris officiis pro virili satisfaceret; reliquum vero temporis in literis, quibus animus reficeretur, collocaret, et vel varia eruditionis specimina proferret, vel per literas de rebus ad philologiam pertinentibus cum viris sui temporis maximis, v. c. Menckenio, Fabricio, Bentleio, Alberti, aliisque ageret.

Imprimis vero ab anno hujus seculi tricesimo secundo omnes fere horas subsecivas Lexico nostro dicavit, cujus specimen anno 1740., uti supra dixi, editum, iterum sub limam vocavit multisque locis emendatum anno demum quadragesimo quinto sic absolvit, ut nunc a nobis exhibetur. Et hoc ipso anno 1745. d. XVIII. Octobris tabe correptus inter vivos esse desiit. Sed adhuc vivit nomen Bielii, vivetque diu libris præclaram eruditionem spirantibus, et memoria viri, religionis amore, pietate in suos, comitate adversus omnes, exquisita doctrina, ceterisque eximiis virtutibus excellentis etiam posteris curæ est futura.

Quæ mihi præter hoc Lexicon et notas ad Alberti Hesychium jam supra memoratas innotuere scripta Bielii, hæc sunt:

1) *Hesychius sacer*, sive Glossæ ex Hesychio Alexandrino, quæ ad voces et phrases Scripturæ S. explicandas, illustrandas facere possunt.

Selegit, recensuit, versionem et notas cum eruditissimorum hominum tum proprias adjecit J. C. Biel. Brunsv. 1716. 4. " Continet octo paginas, quas etiam pro instituti mei ratione adhibui." Sunt verba Alberti in præf. ad Hesychium pag. XXXV. (Non edidit hunc Hesychium sacrum Bielius, forte Rich. Bentleii epistola ad se data, quæ apud Albertum extat post præfationes, de hoc consilio depulsus.)

2) *Epistola* de Etymologico inedito, quod Photio vulgo adscribitur. (Extat in Actis Erud. Suppl. Tom. VI. pag. 253. ad quæ et alias symbolas Bielium contulisse ex ipso hoc Lexico nostro apparebit, et laudatur b. Fabricio in Bibl. Græca Vol. X. pag. 23.)

3) De purpura Lydia ad illustrandum locum Act. XVI. 14. Dissertatio. (Inserta est Bibliothecæ Bremensi Cl. II. pag. 404. seqq.)

4) De Judæis ex omni gente sub cœlo Hierosolymis commorantibus ad Act. II. 5. Observationes. (L. c. Cl. VI. pag. 1038. seqq.)

5) De Levi Juda Thaddæo Observatiuncula. (Cl. VI. pag. 1038. seq.)

6) Animadversiones ad Jo. Georg. Altmanni de Lydia Thyatirensi et gallicinio Hierosolymis in ædibus pontificis audito Observationes. (Cl. VI. pag 1041.)

7) Diatribe Philologica de voce Selah. (Exstat in Miscellaneis Novis Lipsiensibus Vol. III. P. I. pag. 14. seqq.)

8) Exercitatio de Lignis ex Libano ad templum Hierosolymitanum ædificandum petitis.—Accedunt specimina Novi Thesauri Philologici sive Lexici in LXX et alios interpretes et scriptores apocryphos Vet. Testamenti. Brunsvigæ 1740. 4. (Exercitationem ipsam, satis raro obviam, Museo suo Hagano mox inserendam curabit S. V. Editor, N. Barkey.) Quod factum est p. IV. Musei a. 1780.

9) Observatio ad verba Ezechielis XVI. 8. וְאֶפְרֹשׂ כְּנָפִי עָלָיִךְ, *et expandi alam meam super te,* exstat in Miscell. Lips. Nov. V. P. II. a. 1747. post obitum igitur Bielii editis.

10) Diss. *de viris militia æque ac scriptis illustribus* laudata a Joh. Henr. von Seeler in Oratione de præcocibus eruditis p. 33. seq.

Secunda ac tertia hujus Lexici pars, quibus totum opus absolvetur, primam, haud longa mora, uti speramus, interjecta, sequentur. Ignoscant vero æqui lectores vitiis typographicis, quæ, licet omnis cura adhibita sit, hic illic irrepserint. Hoc demum in votis habeo, ut veræ Philologiæ statores atque doctores, Valckenarii, Ruhnkenii, Saxii, Wassenbergii, Wyttenbachii cet. inter Batavos, Ernesti, Michaëles, Heynii, Mori aliique inter Germanos hoc Bielianum opus patrocinio suo tueantur ejusque verum usum disciplinæ suæ alumnis commendent.

Scr. Hagæ Comitum Id. Mart. MDCCLXXIX.

LEXICON GRÆCUM

VETERIS TESTAMENTI.

Ἀ, ἆ, vox lamentantis et dolentis ex interjectio a sono facta, Lat. *ah*, hebr. הֲ, *hea*, idem. Jud. VI. 22. XI. 35. ἆ, ἆ Δύγατέρ μου, heu, heu filia mea, sec. Vat. In utroque loco Theodot. οἴμοι habent. Eustathius ad Il. ι'. 441. p. 776. ἆ significare dicit τὸν ταραχῶδες ψυχικὸν, ὅταν ἐγκλωμένῳ, ἢ ὀνειδος, ἢ ἀγανάκτησιν ἐμφαίνῃ. Conf. Intt. ad Hesych. s. h. l. et notata a me ad Photii Lex. s. h. v.

Ἀ, ᾶ, ᾶ, idem. אֲהָהּ. Aqu. Jos. VII. 7. ubi LXX δέομαι habent. Ez. IV. 14. ubi in Hexaplis Montf. reperam editum est ᾶ, ᾶ, ᾶ, et in Hexaplis Intt. partim μεβαμῶς, partim ᾶ legitur.

Ἀᾶ, ᾶᾶ, idem. אֲהָהּ. Aqu. et Hebr. Psalm. XXXIX. 16. Joel. I. 15. הֲאָח הֲאָח. Symm. Psalm. XXXIV. 21. et LXIX. 4. Adde Aqu. Ez. VI. 11. et Eurip. Orest. v. 162.

ABAMA' est ipsa vox Hebraica בָּמָה, *excelsum, in quo idola coluntur*, cum ה præfixo. Ez. XX. 29. ubi Symm. recte sine ה præfixo, quod cum antecedente מָה adhæsisse videtur, βαμὰ habet. In nonnullis codd. corrupte scribitur ἀβαμὰ vel ἀββαμὰ, unde est, quod Scholiastes quidam annotat: καταὶ μὲν Σύρους λίθος, ubi Hebr. אֶבֶן et Syr. ܐܒܢ *lapis* in mente habuisse videtur. Conf. Drusium in Fragm. Vet. Int. Græc. p. 609. ac L. Bosii notas ad h. l.

ABAPA'. Bielius in Thes. Philol. ad h. l. hanc vocem 1 Macc. VI. 43. tantum obviam *elephantem* significare opinatur, et verba: καὶ εἶδεν Ἐλεάζαρ ἀβαρὰν ita transtulit: *et vidit Eleazar elephantem.* Addit: Cl. Gagnierius Vindic. Kircherianis p. 19. b. ad hanc vocem notat sequentia: i. e. "אֵת־דְּבָרָה. Latinis Barrus i. e. elephas lingua Sabina. Barritus vox elephantis. Sed בָּר Chald. et Arab. eremicolam vult dicere, qualis est elephas vel maxime. Alii Barrum alludere putant ad בְּעִיר beir, quomodo jumentum vocant Hebræi, Syri et Arabes. Vide Bochartum Hier. P. I. L. II. c. 23. p. 249. Doct. Relandus autem in Diss. Miscell. P. I. p. 183. suspicatur, nomen *barro*, quo apud Indos vocari elephantem docet Isidorus Origg. L. XII. c. 2. posse deduci ex sermone Persico, qui sæpius a scriptoribus antiquis cum Indico confundatur, et quo *Boru* notet castellum, propugnaculum, murum,

turrim: illudque nomen elephantibus convenire putat, qui in bello turribus fuerint instructi, et non tantum "procul castellorum et turrium faciant speciem, sed quasi viva propugnacula et turres sint." Sed, ut recte monuit Doederleinius in Bibl. Theol. P. I. p. 14. seq. omnia hæc a Bielio congesta nullo modo probant, elephantem, qui l. l. b diserte θηρίον vocatur, ἀβαρὰν dici. Vox hæc, quæ in Ald. tantum reperitur, et cujus loco in ed. Rom. ὁ Σαναρὰν, et in Compl. Ἀναρὰν legitur, est sine dubio vitiosa, cui tamen lucem affundit locus Josephi, qui in A. J. XII. 9. 4. Eleasarem cognomine Αὐρᾶν seu Αὐαρᾶν vocatum fuisse testatur, unde deinde σαβαρὰν et ἀβαρὰν ortum suum habuit. c

'ΑΒΑΣΙ'ΛΕΥΤΟΣ, *qui est sine rege, rege carens, regi non subditus.* מֶלֶךְ אֵין *rex non.* Prov. XXX. 27. ἀβασίλευτον (sc. ζῶον aut ἔθνος, alii l. l. e correctione ἀβασιλεύτους) ἐστὶν ἡ ἀκρὶς rege carent locustæ. Xenoph. Hist. Gr. V. 2. 12.

"ΑΒΑΤΟΣ, *inaccessibilis, impervius, invius, desertus.* אֵיתָן *perennis.* d Amos, V. 24. ὡς χειμάῤῥους ἄβατος. Sensum expresserunt. — אָלָה *execratio.* Jer. XLII. (al. XLIX.) 18. εἰς ἄβατον sc. γῆν in terram desertam: non male quoad sensum. — גְּזֵרָה *abscissio, excisio,* etiam *devastatio, desolatio.* Lev. XVI. 22. terra quasi abscissa a commercio et habitatione mortalium. Vulg. terra solitaria. Vide Schultens. Anim. ad e h. l. — עָיֵף *languens,* de terra, *arida, siticulosa.* Ps. LXII. 1. ἐν γῇ ἐρήμῳ καὶ ἀβάτῳ καὶ ἀνύδρῳ. — עֲרָבָה *desertum.* Jer. L. 12. LI. 43. Symm. et Inc. Ies. XL. 3. ubi vid. notas L. Bosii. Aqu. Symm. Ies. XLI. 19. — *צִיָּה *siccitas, arriditas,* etiam *locus aridus, æstu solis exustus,* et ex adjuncto *desertum.* Aqu. Ps. LXXVII. 17. Symm. et Inc. Ps. LXII. 2. Aqu. Ies. LIII. 2. — שׁוֹאָה *vastitas.* Job. XXXVIII. 27. — שׁוּחָה *fovea,* etiam *terra desolata.* Jer. II. 6. Secundum Ald. tamen vox ἀβάτῳ potius ad עֲרָבָה referenda est. — שְׁמָה *desolatio,* etiam *locus desolatus.* Jer. XXV. 18. 38. et XLIX. 12. 16. — שִׁמָּמָה idem. Jer. VI. 8. XXIV. 6. — שׁוֹפָר *buccina.* LXX sec. ed. Ald. aut potius Inc. Int. Hos. VIII. 1. ubi pro שׁוֹפָר nonnulli שְׁמָה legisse videntur. Sed totus locus obscuritate laborat. — תֹּהוּ *locus vastus et inanis* Ps. CVI. 40. — תֵּל *tumulus,* speciatim *arenosus,* sec. Arab. تَلّ Jer. XLIX. (30.) 2. ἴσονται εἰς ἄβατον καὶ ἀπώλειαν, coll. Bar. II. 4. ubi tamen ἄβατον cum ὀνειδισμὸς conjungitur, et, ut recte observavit Zimmermannus, *conditionem hominum desertorum et contemtorum* indicat. Sap. V. 7. ἐρήμους ἀβάτους. Vulg. *difficiles vias.* Ib. XI. 2. — Hesych. ἄβατον, ἀδιόδευτον, ἀπέραντον. Phavorinus addit: ἢ τὸ ἱερὸν καὶ τὸ ἔρημον. Suidas: ἄβατον, ἱερὸν, ἀπρόσιτον, ἔρημον, καὶ ὁδὸς ἄβατος, ἢ ἀπόρευτος.

'ΑΒΑΤΟ'Ω, *desertum reddo.* הָשֵׁם Hiph. a שָׁמֵם *vastare.* Jer. XLIX. 19. (seu XXIX. 20.) ἐὰν μὴ ἀβατωθῇ ἐπ' αὐτοὺς κατάλυσις ἐθνῶν, ubi Compl. male habet βατωθῇ.

'ΑΒΒΑΝΑ'. Vide supra s. v. ἀβαμά.

'ΑΒΕ'ΒΑΙΟΣ, *inconstans, instabilis, qui facile mutatur, infirmus.* לֹא נֶאֱמָן *non fidelis.* Aqu. Symm. Psalm. LXXVII. 8. ἀβέβαιος πρὸς τὸν θεὸν τῷ πνύματι τῷ ἑαυτῆς, non firma erga Deum spiritu suo, h. e. non constans in vero Dei cultu.

'ΑΒΕΒΑΙΟ'ΤΗΣ, *infirmitas, instabilitas, inconstantia.* לֹא הֶאֱמִין *non credere ac fidere, non firmitatem ag-*

[illegible] in *aliquo*, adeoque ex ad-[illegible] *non posse confidere alicui.* [illegible] Job. IV. 18. bene quoad [illegible]. Vulg. non sunt stabiles, [illegible] in virtutis studio.

ἈΒΙΒ, vide Θὲλ Ἀβίβ.

ἈΒΙΕΣΕΡ in vers. Alex. Chis. Dan. I. 3. Hebr. אַשְׁפְּנַז (pro quo in vers. Theodot. est ἀσφανὲξ et v. 11. ἀμελλασὰρ) respondet. Ita enim recte scribitur hoc vocabulum et in Chis. et in Corbeiensi antiquo, non ἀβρίσεσ, nec ἀβριεσδρί, uti apud Hieronymum (Pro *Asphanex* in Editione Vulgata ἀβριεσδρὶ scriptum reperi.) legitur, nec ἀβδιεσδρί, uti Montfauconius ex incerto auctore protulit. Sine dubio autem est explicatio verborum sequentium רב סריתי, ut colligo e nota, quæ est in editione Romana: "Syri utrumque nomen servarunt: Dixitque rex ad Asphaz magistrum eunuchorum, qui et Abieser præfectus spadonum dicitur." Confer Ephr. Syri Comment. ad h. l.

ἈΒΛΑΒΗΣ, *innocuus, innoxius, innocens*, etiam *noxæ expers, illæsus, sine damno.* Sap. XVIII. 3. ἥλιον ἀβλαβῆ solem non lædentem h. e. non urentem. Vulg. sine læsura. (Polyb. II. 61. 10.) Ibid. XIX. 6. ἵνα οἱ σοὶ παῖδες φυλαχθῶσιν ἀβλαβεῖς, ut filii tui servarentur *illæsi*, ut Vulgatus quoque bene reddidit. Polyb. IX. 4. 2. Plutarch. T. VI. p. 476. 1. Reisk.

ἈΒΟΗΘΗΣΙΆ, *auxilii defectus aut privatio.* Sir. LI. 10. ἐν καιρῷ ὑπερηφάνων ἀβοηθησίας, *in tempore, quo dominantur superbi, deficiente auxilio.*

ἈΒΟΗΘΗΤΟΣ, *auxilio carens et destitutus, immedicabilis.* אֵין אֱיָל *non est fortitudo, cui omnes vires deserunt.* Ps. LXXXVII. 4. ὡς ἄνθρωπος ἀβοήθητος, ubi Ald. et Compl. ἀβόηθος habent, quæ mihi vera lectio [illegible] videtur. Sap. XII. 6. ψυχῶν ἀβοηθήτων. Vulg. *animarum inauxiliatarum*, ubi Nannius βουθυθέντων, i. e. *mactatarum instar boum*, legere mavult. 2 Macc. III. 28. ἀβοήθητον nullo sibi auxilium ferente.

*ἈΒΟΉΘΟΣ, idem. אֵין אֱיָל *sine viribus.* Ps. LXXXVII. 4. sec. Ald. et Compl. ubi alii libri ἀβοήθητος habent, quod vide supra.

ἈΒΟΥΛΕΥΤΩΣ, *inconsulto, sine deliberatione.* 1 Macc. V. 67. ἐξελθεῖν εἰς πόλεμον ἀβουλεύτως, exire in bellum inconsiderate, s. inconsulto Deo, quia Dei opem prius non invocaverant. g

ἈΒΟΥΛΙΆ, *consilii inopia ac defectus, imprudentia, stultitia, consilii pravitas, judicium perversum*, ut legitur apud Phlegontem Trallianum cap. 2. אֱוֶלֶת *stultitia.* Prov. XIV. 17. πράσσει μετὰ ἀβουλίας, temere et inconsiderate agit. — הַוָּה *pravitas.* h Inc. et LXX Prov. XI. 6. ubi ἀβουλία (pro quo in Vat. legitur ἀπώλεια) significare videtur *consilia ac desideria prava*, unde Vulg. *insidias* habet. Montfauconius male transtulit per *inconsiderantiam.* — שׁוֹלָל *spoliatus*, h. l. *privatus prudentia.* Symm. Job. XII. 17. Vulg. in stultum finem. Bar. III. 28. ubi διὰ τὴν ἀβουλίαν αὐτῶν est i. q. in antec. παρὰ τὸ μὴ ἔχειν φρόνησιν, ac vertendum *ob impietatem.* Hesych. ἀβουλία, μωρία. Suidas: ἀβουλία, ἀπαιδευσία, ἄνοια, καὶ μωρία. i

ἈΒΡΑ. Vox origine Syriaca חברה *socia.* Exstat in Chaldaico Exod. XI. 2. In notis ad Hesychium deducitur ab ἄβη, ἥβη *pubertas.* Aliis est ab ἁβρός. Græcis non quævis ancilla seu serva ita dicitur, sed *ancilla heræ domestica ac honoratior, quali matronæ ditiores ad honestiora ministeria utuntur*, quæ *delicata* Latinis ac *pedissequa*, Gallice *fille de chambre* vel *fille d'honneur* vocatur, ἡ σύντροφος καὶ παρὰ χεῖρα θεράπαινα, οἰκότριψ καὶ ἔντιμος, ut ex Pausania et Ælio Dionysio Eustathius ad Odyss. Τ. p. 1854, 15. interpretatus est, aut παιδίσκη τρυφερὰ, ut Lex. Cy- k l

a rilli MS. Brem. habet. אָמָה *ancilla.* Exod. II. 5. ubi de filia Pharaonis sermo est. — נַעֲרָה *puella.* Gen. XXIV. 61. Exod. II. 5. Esther. II. 9. IV. 4. 15. Suidas: ἄβρα, οὔτε ἁπλῶς θεράπαινα, οὔτε ἡ σύμορφος θεράπαινα λέγεται, ἀλλ' οἰκέτρι γυναικὸς κόρη, εἴτε οἰκογενὴς εἴτε μή. Hesych. ἄβραι, υἱαι δοῦλαι. Id. ἄβρα, δούλη, παλλακή. Plura de hac voce vide apud Grob tium ad Judith. VIII. 33. Steph. le Moyne in notis ad Var. Sacra, p. 287. seq. Bergler. ad Alciphr. I. 34. et quos laudat Sturzius in libro de Dialecto Macedonica et Alexandrina, p. 142. seq.

*Ἀβρααμίτις, *una e posteris Abrahami.* 4 Macc. XVIII. 20.

*Ἀβραμιαῖος, *Abrahamo plane dignus.* 4 Macc. IX. 21. Ib. XVIII. 1.

c Ἁβρὸς, *venustus, elegans, mollis, delicatus, lautus.* מַעֲדַנּוֹת *amœnitates, deliciæ.* Symm. 1 Sam. XV. 32. ubi Vulg. *pinguissimus.* Phavorino significat ἁπαλός. Vide et Gloss. in Hippocr. p. 602.

Ἀβροχία, *pluviæ defectus, imbrium penuria, siccitas.* בָּצֹרֶת *cohibitio pluviæ.* Jer. XIV. 1. et XVII. 8. ἐν ἐναντῷ ἀβροχίας. Sir. XXXII. d 20. ὡς νεφέλαι ὑετοῦ ἐν καιρῷ ἀβροχίας. Joseph. A. J. VIII. 13. 2. p. 458.

*Ἄβρωτος, *esui ineptus, irrosus, inesus.* Prov. XXIX. 27. aut sec. ed. Breit. XXIV. 22.

Ἄβυσσος, *abyssus, locus fundo carens, profundum, infinitæ profunditatis vorago.* מְצוּלָה *locus profundus.* Job. XLI. 23. — צוּלָה *profundum.* Ies. XLIV. 27. Theodot. Jon. II. e 4. — רַחַב *latitudo.* Theod. et LXX Job. XXXVI. 16. Arab. رحب notat *amplus, spatiosus fuit.* — תְּהוֹם *abyssus maris stupendæ profunditatis.* Sic de mari, quod terram ambit ac olim tegebat, legitur Gen. I. 2. VII. 11. Job. XXVIII. 14. etc. — Ps. XXXV. 6. ubi metaphorice *impervestigabile* notat. Sir. I. 3. ἄβυσσον καὶ σοφίαν, h. e. ἄβυσσον σοφίας sec. Origenem. Hesych. ἄβυσσος, πέρας οὐκ ἔχων, ὕδατα ἄπειρα, ἀκατάληπτα. Lex. MS. Bibl. Coislin. p. 499. ἄβυσσος, πλῆθος ὑδάτων ἀπείραντον, ἢ τόπος ἐν θαλάσσῃ ἀπύθμαντος. Lex. Cyrilli MS. Brem. ἄβυσσος, ἀπύθμενον, ἀπείραντον ὕδωρ, πολὺ πλῆθος ὕδατος. Confer Lexicon N. T. s. h. v.

Ἀβύσσων πηγαὶ κάτωθεν, *fontes maris subterranei.* תְּהוֹם רֹבֶצֶת תָּחַת *abyssus cubans seu jacens infra.* Deut. XXXIII. 13.

Ἀγαθοῦν ποιέω *benefacio.* גָּמַל *retribuo.* Prov. XI. 17. τῇ ψυχῇ αὐτοῦ ἀγαθὸν ποιεῖ ἀνὴρ ἐλεήμων, sui curam non negligit, qui est erga alios benignus.

ΑΚΑΤΑ'ΠΟΤΟΣ, *non potabilis, qui deglutiri nequit, qui non potest devorari.* לֹא יַעֲלֹס, *non exultabit.* Job. XX. 18. ὥσπερ στρίφνος ἀμάσητος ἀκατάπατος: ubi non singula verba, sed sensum, prout ipsis videbatur, secuti sunt. Fortasse tamen respexerunt Arab. عَلَسَ, *degustavit, bibit editque.*

d ΑΚΑΤΑΣΚΕΥΆΣΤΟΣ, *incompositus, rudis, informis, non elaboratus.* בֹּהוּ, *res inanis, vacuitas, inanitas.* Gen. I. 2. ἡ δὲ γῆ ἦν ἀκατασκεύαστος, terra autem erat rudis indigestaque moles. Hesych. ἀκατασκεύαστον, ἀφιλοκάλητον.

ΑΚΑΤΑΣΤΑΣΙΆ, *turbæ, tumultus, seditio, confusio.* מְדָחָה, *expulsio.* Prov. XXVI. 28. στόμα δὲ ἄστεγον
e πονεῖ ἀκαταστασίας. Videtur auctor hujus versionis ἀκαταστασίαν accepisse in notione sua propria, qua notat *instabilitatem in loco*, seu *crebram loci mutationem.* Bielius transtulit: *os patens* vel *quævis effutiens parit tumultus.* Tob. IV. 17. ἐν τῇ ὑπερηφανίᾳ καὶ ἀκαταστασία πολλῇ, superbiæ conjunctus est interitus et *perturbatio* (alii *confusio*) magna. Sir XXVI. 27. sec. Complut. πολέμοις ἀκαταστασίαις.

ΑΚΑΤΑΣΤΑΤΕ'Ω, proprie *instabilis sum*, etiam *turbas excito, sedi tiose ago.* נָדַד, *vagor.* Hebr. et Syr Gen. IV. 12. ἀκατασταθῶν. — שְׁבָרִים plur. *fragmenta.* Symm Hos. VIII. 6. ἀκαταστατῶν. Si sana est hæc lectio, necessario statuendum erit, Symmachum שָׁבַב legisse cum LXX et Theod. (qui habent πλανῶν) et Ed. Vta, in qua ῥεμβεύων reperitur. Suspicari tamen facile aliquis posset, ἀκαταστάτων potius esse genitivum pluralis adjectivi ἀκατάστατος. Certe Aquila, teste Hieronymo, transtulit sec. ed. primam *errantibus* (πλανωμένοις) et sec. ed. 2dam *conversis*, ἀποστρεφομένοις. Codex Barbarinus quoque in margine Symmacho tribuit ἀκατάστατος. Cæterum rationem hujus versionis reddidit Hieronymus his verbis: *Nos ab Hebræo didicimus, proprie* (שְׁבָרִים) *nominari aranearum fila per aërem volantia.* unde in Hexaplis legitur: ἄλλ. παραπλησίως τῷ τῆς ἀράχνης ἰστῷ. Rectius dixisset, vocem שָׁבַב habere notionem *dissipandi fragmenta*, et *huc* et *illuc vagandi, errandi, seducendi*, coll. Ies. XLVII. 10. et Jer. L. 6. Legitur quoque, ut Bretschneiderus monuit, Tob. I. 15. αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ ἠκαταστάθησαν, i. e. mutavit (scil. in pejus) agendi rationem, male egit. Hoc sensu et substantivum ibid. IV. 13. legitur. Sequutus esse videtur hanc lectionem Syrus, et exhibita est in Bibl. Polygl. Lond. Quidam vero codd. (v. Drusius ad h. l.) ἠκαρίσησαν, et Alex. ex emendatione Grabii κατίσησαν.

ΑΚΑΤΑ'ΣΤΑΤΟΣ, *instabilis, turbulento modo agitatus, valde perturbatus, vagus.* *נָד *profugus, vagus.* Symm. sec. cod. Mosquensem Gen. IV. 12. quanquam ibi eodem jure

quoque ad יָצַע referri potest. Vide tamen supra s. v. ἀκαταστατέω. — סְעָרָה part. Kal fœm. *procellis agitata.* Ies. LIV. 11. ταπεινὴ καὶ ἀκαθάστατος.

ΑΚΑΤΑ΄ΣΤΑΤΟΣ ΓΙ΄ΝΟΜΑΙ, *instabilis fio, vagor.* נוּעַ, *vagor.* Symm. Thren. IV. 14. ἀκαταύστατοι ἐγένοντο.

ΑΚΑΤΑ΄ΣΧΕΤΟΣ, *qui coërceri et cohiberi nequit, indesinens, perpetuus, vehemens.* 3 Macc. VI. 17. ἀκαταύσχετος ὀργή, indesinens s. vehemens ejulatus. Præterea legitur Job. XXXI. 11. apud LXX. Vide infra sub ὑμνὸς ὀργῆς ἀκατάσχετος. Josephus B. J. II. 11. p. 173. ed. Hav. φόβος ἐμπίπτει Ἰουδαίοις ἀκατάσχετος.

ΑΚΑΤΕ΄ΡΓΑΣΤΟΣ, *imperfectus, inelaboratus, nondum confectus, nondum formatus.* Τὸ ἀκατέργαστον, *imperfectum opus.* גֶּלֶם, *rudis massa.* Aqu. et LXX Psalm. CXXXVIII. 15. τὸ ἀκατέργαστόν μου εἶδον οἱ ὀφθαλμοί σου, quod in me nondum formatum erat, seu *me nondum formatum,* videtur oculi tui, ubi Symm. habet ἀμόρφωτον. Simonis in Lex. et alii vocem Hebraicam explicarunt per *involucrum* s. *tegumentum* s. *membranam,* cui tanquam amiculo embryo est involutus, a גָּלַם *involvit* s. *convolvit.* 2 Reg. II. 8. Vide ad h. l. Dathium ac Rosenmüllerum. Phav.: Ἀκατέργαστος, ἀμόρφωτος, (lege Ἀκατέργαστον, ἀμόρφωτον,) ἀδιατύπωτον. Cf. Bocharti Hieroz. P. I. Lib. I. c. 2. p. 7.

ΑΚΑΥΣΤΟΣ, *non accensus.* לֹא נָפַח part. Pih. a נָפַח *flo, sufflo.* Job. XX. 26. πῦρ ἄκαυστον, *ignis non accensus,* h. e. qui non opus habet exsufflatione, sed perpetuo ardet, ignis inextinguibilis, πῦρ ἄσβεστον. Aqu. et Theodot. habent: μὴ φυσώμενον.

ΑΚΕ΄ΡΑΙΟΣ. A κεράζειν, *lædere,* nocere, deductum proprie *eum* notat, qui neminem *lædit, nemini nocet, innocentem.* Occurrit in Additam. Esther. cap. XVI. v. 14. τῶν ἐπιεικεστάτων ἀκέραιον εὐγνωμοσύνην, qui præditi sunt animo simplici et benevolo. Hesych. ἀκέραιον, ἀνεπίληπτον (legendum sine dubio ἀνεπίληπτον), καθαρόν, ἄκακον. — ἀκέραια, σῶα, ἀβλαβῆ. Confer præter Suiceri Thes. Eccles. T. I. p. 154. Eustathium ad Hom. Il. B΄. 855. qui ἀκέραιος explicat verbis: ὁ ἁπλοῦς καὶ μὴ τινὰ κεραΐζων.

ΑΚΗΔΙ΄Α, *acedia* aut *accedia.* Varias habet notiones. Significat nempe *torporem, pigritiam, tædium, incuriam,* a κῆδος *cura, labor, et* α priv. unde ἀκηδὴς est *expers laboris, piger, incurius, negligens, torpidus,* qui et Latinis *acedus* dicitur. Interdum tamen ἀκηδία quoque *anxietatem, mœrorem, tristitiam* notat, ut sit positum pro ἀηδία. Nam ex mœrore, anxietate animi, ac displicentia sui pigritia interdum oriri solet. V. Sturzium de Dialecto Alex. pag. 32. כָּהָה, *contractio.* Ies. LXI. 3. κατασταλὴν δόξης ἀντὶ πνεύματος ἀκηδίας, amictum gloriæ pro spiritu mœroris. Scilicet כָּהָה haud raro de animo dicitur, et tunc notat *pusillanimis fuit, animo defecit.* — תּוּגָה, *mœror, mœstitia.* Ps. CXVIII. 28. ἐνύσταξεν ἡ ψυχή μου ἀπὸ ἀκηδίας, dormitavit anima mea præ mœrore. Bar. III. 1. πνεῦμα ἀκηδιῶν, spiritus anxietatum, h. e. animus valde anxius. Sir. XXIX. 6. λόγοι ἀκηδίας, sermones tristitiæ, h. e. tristes querelæ de rebus minus prospere ac feliciter gestis. Confer ad h. l. Kuhnium Quæst. Philol. Pent. IV. Quæst. 3. p. 5. seq. Alii λόγοι ἀκηδίας videntur esse λόγοι ὕβρεως, ut huc respexerit Hesychii glossa: ἀκηδία, αἰσχύνη, ὕβρις. Suidas: Ἀκηδία, ῥᾳθυμία, ἀχθηδών, λύπη. Hesychius: Ἀλυχή, ἀδημονία, ἀκηδία, quod in ἀηδία non mutem.

ΑΚΗΔΙΑ΄ΖΩ, *anxius sum, mœreo, tristitia afficior.* *אִתְכָּרִית Chald. pret. fœm. Ithpehel, *dolore, tristi-*

a *tia affecta est.* Dan. VII. 15. sec. Chis. ἀκηδιάσας ἐγὼ Δανιὴλ ἐν τούτοις, ego Daniel territus aut perturbatus sum in his. — עָטַף, *tegor, obruor.* Psalm. LX. 2. ἐν τῷ ἀκηδιάσαι τὴν καρδίαν μου, cum triste esset cor meum. Psalm. CXLII. 4. ἠκηδίασεν ἐπ' ἐμὲ τὸ πνεῦμά μου. Scilicet vox עָטַף, ut omnia verba *tegendi* apud Orientales, notat *animi deliquium*
b *pati, animo tristi ac demisso esse.* Sir. XXII. 14. οὐ μὴ ἀκηδιάσῃς ἐν τῇ ἀτονίᾳ αὐτοῦ, ne in anxietatem venias propter amentiam ejus.

'ΑΚΗΛΙΔΩΤΟΣ, *immaculatus, maculæ expers, purus, incorruptus.* *שָׁנַן part. Pah. a שָׁנַן *acuere.* Prov. XXV. 18. τόξευμα ἀκηλίδωτον sec. cod. Alex. et ed. Ald. Sed lectio hæc vitiosa visa est Bielio, judi-
c canti reponendum esse ἀκιδωτὸν, ut legitur in Vat. Sed recepta quoque lectio defendi potest, nam sagitta acuta est etiam polita, atque squalor et ferrugo ferrum quoque hebetare solet. Sap. IV. 9. βίος ἀκηλίδωτος, vita pura et immaculata. Philo de Præm. Sacerd. pag. 571. ubi ἐγκράτεια dicitur καθαρὰ καὶ ἀκηλίδωτος ἀρετή. Sap. VII. 26. ἔσοπτρον ἀκηλί-
d δωτον, *speculum purum,* cui nulla macula adhæret, aut secundum Grotium: *speculum non mentiens,* qualia sunt plana, non media depressa, non elata, non aversa, non obliqua. Vide Plin. XXXIII. 9. Κηλὶς est *quodvis vitium.* Gloss. MSS. τῆς παναφύτου 'Ακηλίδωτος, ἀμόλυντος. Hesych. 'Ακηλίδωτον, ἄσπιλον, καθαρόν.

'ΑΚΙΔΩΤΟΣ, *cuspide, acie instruc-*
e *tus, cuspidatus, spiculatus.* *שָׁנַן part. Pah. a שָׁנַן *acuo.* Prov. XXV. 18. sec. Vat. τόξευμα ἀκιδωτὸν, *sagitta cuspidata, acuta.* V. supra s. v. ἀκηλίδωτος. Sic et Polluci L. X. sect. 133. *hami, cuspide acuta instructi,* vocantur ἄγκιστρα ἀκιδωτά. Suidæ ἀκιδωτὸν est τὸ ἔχον ἀκίδας, ac Hesychio 'Ακιδωτὸν βέλους (scil. μέρος) exponitur γλωχὶς σιδήρου, cuspis ferrea. Sic enim legendum suspicatur est Bielius pro 'Ακιδωτὸν, βέλος χωρὶς σιδήρου.

'ΑΚΙΝΑ'ΚΗΣ, *acinaces, gladius Persicus, qui a femore suspendebatur.* Judith XIII. 8. καθεῖλε τὸν ἀκινάκην αὐτοῦ ἀπ' αὐτοῦ; et ib. XVI. 7. ὀπὴ ὃν ὁ ἀκινάκης τὸν τράχηλον αὐτοῦ. Confer Relandi Diss. Miscell. Part. I. pag. 111. et Bocharti Hieroz. P. I. p. 140.

*'ΑΚΙΝΔΥΝΕΥ'Ω, *sine periculo sum, liber a periculo sum, tutus sum.* Vox hæc, in omnibus quidem Lexicis omissa, reddenda esse mihi videtur Theodotioni Job. XXXIV. 9. pro Hebr. טָהַר, *proficere, utilitatem percipere,* ubi verba οὐ κινδυνεύσει ἀνὴρ ἐν τῷ εὐδοκιμῆσαι αὐτὸν μετὰ θεοῦ non periclitabitur vir, quando Deo probabitur, uti nunc in Hexapl. leguntur, sensum prorsus contrarium exhibent ei, quem postulat textus Hebraicus, ubi legitur: non prodest homini, quum Deum amore complectitur. Sine dubio Theodotion scripsit: οὐκ ἀκινδυνεύσει ἀνὴρ non ab omni periculo ac malo liber erit, aut illud οὐ ante κινδυνεύσει to lendum est sensu prorsus eodem Fortasse tamen et hac conjectura supersedere possemus, si vera Theodotionis interrogative accipe rentur. Adjectivum ἀκίνδυνος sa pius legitur apud Hippocratem Vide Dieterichii Iatreum Hippo crat. p. 151.

'ΑΚΙ'ΝΗΤΟΣ, *immobilis, immotus* לֹא סוּר, *non recedo.* Ex. XXV. 1 ἀναφορεῖς ἀκίνητοι. Præterea legitur hæc vox apud LXX Job. XXXIX 26. ἀκίνητος καθορῶν τὰ πρὸς τὸν Νότ Bocharto in Hierozoico P. II. Li II. cap. 19. T. III. pag. 10. e rec. LXX de suo addidisse videtur ἀκίνητος καθορῶν, ut sensus esse clarior. Mihi autem vox ἀκίνητ ad לְתֵימָן (*ad austrum*) referend esse videtur, quasi a יָמַן sive מַן vox derivanda esset. Est autem

אָמָן proprie *firmus, stabilis, inconcussus fuit.* Origenes hoc non animadvertens, ac deesse hujus vocabuli interpretationem ratus, ex Theodotione illud καθοῤῥῶν τὰ πρὸς τὸν Νότου adjecit. 3 Macc. VI. 19. ἀκμήτοις εἴδαις, firmissimis, nunquam relaxandis vinculis.

ἌΚΙΣ, *cuspis, mucro, acies:* item *idem cuspidatum.* Legitur hæc vox apud LXX Job. XVI. 10. ἀκίσιν ὀφθαλμῶν ἐπήλατο. Trommius in Concordantiis ἀκίσιν retulit ad Hebr. צָר *hostis, adversarius,* ut legerint LXX צַר pluralem ex צוּר: Bielius autem (cui equidem lubens accedo) ad verba: יִלְטֹשׁ עֵינָיו לִי, *acuet oculos suos mihi.* Conf. infra s. v. ἐπίλλομαι.

ἈΚΛΕΗΣ, *inglorius, probrosus.* 3 Macc. IV. 12. τὴν ἀκλεᾶ ταλαιπωρίαν, *probrosam* miseriam. Herodot. Lib. I. init.

ἈΚΛΕΩΣ, *inglorie.* 3 Macc. VI. 34. hostes Judæorum dicuntur ἀκλεῶς ἐφθαρμένοι, inglorie extincti. Hesych. ἀκλεῶς, ἀδόξως.

ἈΚΛΗΡΕΩ, *exsors sum, sorte privatus sum, infelix sum.* 2 Macc. XIV. 8. ἡμῶν γένος οὐ μικρῶς ἀκληροῦ, gens nostra non parum, i. e. valde, infelix est. Sic Diodoro Siculo Lib. III. p. 150. μυριάδες ἀκληρούντων ἀνθρώπων sunt myriades hominum profligatæ vel miserrimæ sortis. Phavorin. ἀκληρούντων, δυστυχούντων. Idem: ἀκληρεῖ, οὐ μετέχει, οὐ κεκλήρωται, ἢ χωρὶς κλήρου.

ἈΚΛΗΤΟΣ, *invocatus* (Cornel. Nep. V. 4. 3.) *non invitatus.* אֲשֶׁר לֹא יִקָּרֵא, *qui non vocabitur.* Esther. IV. 10. ὃς εἰσελεύσεται πρὸς τὸν βασιλέα ἀκλητος.

*ἈΚΛΗΤΩΣ, *sine vocatione, invitatione,* i. q. ἀκλητί. Adverbium hoc in Lexicis vulg. omissum legitur Esther. IV. 11. in vetere versione et in edit. Origenica pro אֲשֶׁר לֹא יִקָּרֵא, *qui non vocabitur;* ac paulo post: πῶς εἰσελεύσομαι τὸν ἀκλείτως pro ἀκλήτως, ubi in textu est וְאָנִי לֹא נִקְרֵאתִי *et ego non sum vocata.*

ἈΚΑΙΝΗΣ, *indeclinabilis, stabilis.* בַּל יִמּוֹט, *non dimovebitur.* Symm. Job. XLI. 14. Ita Bielius. Mihi autem magis verosimile est, ἀκλινὴς apud Symmachum ad דָּבְקוּ referendum esse, quod notat *invicem cohærent,* aut totam formulam spectandam esse, quia h. l. paulo liberius transtulit.

ἌΚΜΑ, *indigentia.* 2 Macc. I. 7. ἐν τῇ θλίψει καὶ ἐν τῇ ἄκμῃ (sic enim legendum visum est Bielio pro impresso ἀκμῇ) τῇ ἐπιλαθούσῃ ἡμᾶς, in afflictione et indigentia nobis superveniente. Jungitur ibi voci θλῖψις. Hesych. Ἄκμα, ησυία, ἔνδεια. Vide infra s. v. ἀκμή.

ἈΚΜΑ΄ΖΩ, *floreo ætate, ætate sum firma, polleo, vigeo, floreo re quacunque.* גָּדַל, *magnus sum, cresco.* Hebr. Int. Ez. XVI. 7. ἤκμασας, *adulta facta es.* —*בָּחַל, *fastidivit, nauseavit.* Symm. Zach. XI. 8. Scil. בָּחַל in l. Chald. s. Talmud. notat *maturescere cœpit,* unde בֹּחַל *res quævis nondum matura.* Aquila ibidem pro eadem voce πεπαίζων usus est.

ἈΚΜΑΙΟΣ, *florens ætate, juvenis, adultus, viribus valens, vegetus.* 3 Macc. IV. 8. μετὰ ἀκμαίας καὶ πανοπλίας ἡλικίας.

*ἈΚΜΑΙΩΣ, *in flore, cum vigore.* 3 Macc. VI. 34. sec. cod. Alex. ἀκμαίως ἐφθαρμένοι, ubi reliqui libri ἀκλεῶς habent, quod vide supra.

ἈΚΜΗ, *cuspis, acies, maturitas,* s. *flos ætatis, juventus, vigor, rei alicujus summum incrementum, summus gradus.* עֶרְנָה, *oblectatio, voluptas.* Symm. Gen. XVIII. 12. μετὰ τὸ παλαιωθῆναί με, ἐγένετό μοι ἀκμὴ, postquam vetustate consenui, redeat mihi vigor ætatis. Sensum bene

a expressit, nec male Bielius ad h. l. attulit locum Æliani V. H. Lib. III. c. 18. sub fin. τὸ μὲν γὰρ γῆρας ἀποξύνας, ἐπὶ τὴν ἀκμὴν ὑποστρέφει. — עַל מוּת, *super morte*. Theod. et Ed. VIta Psalm. IX. 1. ὑπὲρ ἀκμῆς τοῦ υἱοῦ, de *florida ætate filii*. Legerunt contracte tanquam unam vocem עלמות, ac si esset idem quod עֲלוּמִים *adolescentia*. Sir. XXIV.

b 19. τέκνον, ἀκμὴν τῆς ἡλικίας σου συντήρησον ὑγιῆ, ubi in altero membro ἰσχὺς dicitur. Josepho Antiq. Jud. VII. 4. p. 372. οἱ ἐν ἀκμῇ τῆς ἡλικίας dicuntur illi, *qui ad arma ferenda sunt validi*. 2 Macc. I. 7. ἐν τῇ θλίψει καὶ ἐν τῇ ἀκμῇ τῇ ἐπιθούσῃ ἡμῖν. Locus hic varie explicatur. Baduello ἀκμὴ est acris et vehemens malorum aut hostium incursio, sive incre-

c mentum, quo mala suum habent vigorem et vim. Bretschneidero autem *dolor acerbus, qui excitari solet cuspide pungente, calamitas atrox*. Bielius loco ἀκμῇ reponere malebat ἄκμῃ, ut supra dictum est. Equidem assentior Grotio, qui ἐν τῇ θλίψει καὶ ἐν τῇ ἀκμῇ recte judicat esse pro ἐν τῇ ἀκμῇ τῆς θλίψεως, in summis calamitatibus. Ἀκμὴ enim

d aliis substantivis additum haud raro *summum gradum* indicat. Ælian. V. H. L. II. c. 10. ἡ ἀκμὴ τῆς εὐτυχίας, *supremus felicitatis gradus*. Joseph. A. J. Lib. XIX. cap. 1. p. 927. ed. Haverc. ἀκμὴ κακοῦ. Ammian. Marcell. 26. 9. p. 364. χειμὼν ἐν ἀκμῇ ἦν. Joseph. de Bell. Jud. Lib. I. c. 14. p. 88. ed. Hav. De *morbo* ἀκμὴν quoque usurpari docuit Stephanus

e in Thes. s. h. v. Confer quoque D'Orville ad Charit. Aphrod. p. 888. 2 Macc. IV. 13. ἀκμὴ τις Ἑλληνισμοῦ, intensum studium se conformandi moribus et institutis Paganorum: ubi ἀκμὴ necessario notat *studium alicujus rei*, et quidem *acre ac intensum*, nam in sequentibus explicatur per πρόσβασις ἀλλοφυλισμοῦ. Hesych. ἀκμαίς, ὀξύτησιν: ὀξύτης autem notat *studium acre*. 2 Macc. XII. 22. ταῖς τῶν ξιφῶν ἀκμαῖς ἀναπείρεσθαι, gladiorum mucronibus transfigi. Hesych. ad h. l. ἀκμαῖς, ὀξύτησιν. Lex. Vet. Ἀκμὴ, *maturitas, vigor*. Suidas: ἀκμὴ, νεότης. Vide quoque Drusium in Fragm. Vett. Intt. GG. p. 27.

Ἄκμων, *incus*. פֶּלַח *fragmentum, segmentum*. Job. XLI. 16. ἴσταται δὲ ἕως ἄκμων ἀνήλατος. Alia hic metaphora pro more suo usi sunt, sensu tamen non mutato; nam incus et lapis molaris inferior (hunc enim notat h. l. פֶּלַח, ut docuit Schultensius in Commentario ad h. l.) duritie parum differunt. Sir. XXXVIII. 33. χαλκεὺς καθήμενος ἐγγὺς ἄκμονος.

Ἀκοὴ, *auditus, auditio, auscultatio, nuntium, fama, rumor*, item *auris*. — אָזֶן, *auris*. Symm. 1 Sam. XX. 2. Suid. ἀκοή, τὸ μέρος τοῦ σώματος. — *מִשְׁמָע, *auditum*, seu *id de quo auditur*. Symm. Ies. XI. 3. — מַשְׁמִיעַ part. Hiph. a שָׁמַע, *audire faciens*. Ies. LII. 7. τῶν εὐαγγελιζομένων ἀκοὴν εἰρήνης. Legerunt sine dubio מִשְׁמָע, quanquam ἀκοὴ quoque de *nuntium afferentibus* explicari potest. — מִשְׁמַעַת, *auditio*, etiam *interior ad audiendum admissio*. 2 Sam. XXIII. 23. ἔταξεν αὐτὸν Δαβὶδ πρὸς τὰς ἀκοὰς αὐτοῦ, constituit eum David, ut sibi esset a secretis Vulg. *auricularius*. — עָנָה Pih *affligo*. Nah. I. 12. ἡ ἀκοή σου οὐκ ἐνακουσθήσεται ἔτι: ubi עֲנֻתָךְ pro *cantilena tua* acceperunt, nam עָנָה aliquando hoc significat: *cantilena tua non cantabitur amplius*. — *שָׁמַע *audio*. Deut. XXVIII. 15. ubi huic voci apud Inc. ἀκοῇ ἀκούειν respondet. — שְׁמוּעַ, שְׁמוּעָ, infin. *audiendo*. Ex. XV. 26. XIX. 5. Deut. XI. 13. et XV. 5. in quibus locis formula ἀκοῇ ἀκούειν occurrit. 1 Sam. XV. 22. ἰδοὺ ἀκοὴ ὑπὲρ θυσίαν, *obedientia* sacrificio longe est præstantior

2 Sam. XXII. 45. εἰς ἀκοὴν ὠτίου ὑπήκουσέ μου, ad nutum mihi obtemperat. Job. XXXVII. 2. — שְׁמוּעָה et שֵׁמַע, rumor, fama, sermo, nuntium. 1 Sam. II. 26. οὐκ ἀγαθὴ ἡ ἀκοή, ἣν ἐγὼ ἀκούω, non bonus est rumor, quem ego de vobis audio. Suidas h. l. laudans: ἀκοή, ἡ φήμη. 2 Sam. XIII. 30. ἡ ἀκοὴ ἦλθεν πρὸς Δαβίδ, ubi in Compl. legitur ἀγγελία. Conf. quoque 1 Reg. II. 28. 1 Reg. X. 7. ἐπὶ πᾶσαν τὴν ἀκοήν, quam ego audieram, coll. 2 Paral. IX. 6. Ps. CXI. 6. ἀκοὴ πονηρά, fama sinistra, coll. Jer. XLIX. 22. Ies. LIII. 1. τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν, quis fidem habet prædicationi vel concioni nostræ. Jer. XLIX. 13. ἀκοὴν ἤκουσα παρὰ Κυρίου, audivi a Domino, coll. Abd. v. 1. Dan. XI. 44. sec. Chis. — שְׁמַע et שֶׁמַע idem. Ex. XXIII. 1. Psalm. XVII. 48. εἰς ἀκοὴν ὠτίου ὑπήκουσέ μου, ad nutum mihi obtemperabat, coll. 2 Sam. XXII. 45. Jer. XXXVII. 4. Hos. VII. 12. ἐν τῇ ἀκοῇ θλίψεως, calamitate, quam serpius ipsis sum comminatus. Hab. III. 1. ἐισακήκοα τὴν ἀκοήν σου, audivi quod dixisti aut comminatus es. — שָׁמֹר. Jer. VI. 24. — שָׁמוֹר infin. observando. Deut. XI. 22. ἐὰν ἀκοῇ ἀκούσητε πάσας τὰς ἐντολὰς, si obtemperaveritis omnibus præceptis. Sap. I. 9. λόγων αὐτοῦ ἀκοὴ πρὸς κύριον ἤξει. Sir. XXVII. 15. ἀκοὴ μοχθηρὰ, i. q. v. 14. ἐμφραγμὸς ὠτίων, est audientibus molestissima. Ibid. XLII. 1. et XLIII. 29. 2 Macc. XV. 40. τέρπει τὰς ἀκοὰς, oblectat aures.

ἈΚΟΊΜΗΤΟΣ, *insomnis, non dormiens, pervigil*, et ex adjuncto *efficax*, nam, ut recte monuit Bretschneiderus l. l., inest huic vocabulo metaphorice sumto notio *efficaciæ nunquam intermittentis*, quum, qui nunquam sopitur, sed semper est vigil, *efficax* cogitetur. Sap. VII. 11. ἀνέκλειπτον τὸ ἐξ ἀὐτῆς (scil. σοφίας) πλοῦτος, sapientia semper fundit luxuriem suam, semper efficax est. Usus autem est hac voce, quia sapientiam comparat h. l. cum sole, qui vespere occidit, et, ut vulgus loquitur, it cubitum et dormitum. Bielius, quem sequuti sunt Kleukerus et Hasse, ἀκοίμητος transtulit per *inextinguibilis*, sensu parum diverso. Suidas: ἀκατασβεστος, ἀκοίμητος. Æschyl. Prom. Vinct. v. 188. ubi v. Schol. *f*

ἈΚΟΙΝΏΝΗΤΟΣ, *incommunicabilis, non communicandus*. Sap. XIV. 21. τὸ ἀκοινώνητον ὄνομα, nomen, sc. Dei, non communicandum, seu non tribuendum idolis. Vetitum enim hoc erat Deut. VI. 4. Adde Joseph. A. J. III. 10. 2. Hav. *g*

*ἈΚΟΛΑΣΊΑ, *intemperantia, nimia licentia, incontinentia in quocunque rerum genere*. Omisit hoc substantivum Bielius in Thesauro suo, quanquam reperitur in Complut. Sir. XXIII. 17. (in aliis 13.) ἀκολασία ἄρχου μὴ ἐθίσῃς τὸ στόμα σου, intemperantiæ juramenti ne assuefacias os tuum. 4 Macc. XIII. 7. τὴν τῶν παθῶν ἀκολασίαν. Hesychius. ἀκολασία, ἀκρασία. Apud Josephum A. J. Lib. XX. c. 7. §. 3. (Tom. I. p. 970. ed. Haverc.) de *libidinis intemperantia* usurpatur. *h*

ἈΚΌΛΑΣΤΟΣ, *luxuriosus, intemperans, protervus, lascivus, libidinosus*. לֵץ, *derisor, illusor*. Prov. XIX. 29. ἑτοιμάζονται ἀκολάστοις μάστιγες, parantur protervis plagæ: ubi ἀκόλαστος eum notat, qui se legibus nullis nec divinis nec humanis corrigi ac coërceri patitur. Ib. XX. 1. ἀκόλαστον οἶνος, vinum est res, ex qua lascivia facile oritur, aut: vinum facile dissolutum reddit. Idem quoque voluit Vulgatus vertens: *luxuriosa res est vinum*. Ibid. XXI. 11. ζημιουμένου ἀκολάστου. Æliano V. H. c. 29. νεανίσκοι ἀκόλαστοι sunt *adolescentes lascivi, petulantes*. Hesychius: ἀκόλαστον, θρασὺ, καινὸν, ἀσελγὲς, ὑβριστικόν. Suidæ etiam ἀκόλαστον est ὑβριστικὸν πρᾶγμα, ubi *i* *k*

a forte respexit ad Prov. XX. 1. ubi ἀκόλαστον et ὑβριστικὸν junguntur.

'ΑΚΟΛΟΥΘΕ'Ω, *sequor, obsequor, obtempero.* אָחוֹר, *retro, retrorsum, a tergo.* Symm. Job. XXIII. 8. ἀκολουθῶ. — *אַחֵר, *alienum.* Inc. Ps. XV. 4. אַחֵר מָהָרוּ, h. e. vel alium Deum festinanter sequuntur, vel ex Dathii versione: *retrorsum* festinant. Inc. ἀκολουθοῦσαι ταχέως. Le-
b git sine dubio אַחַר.—*בּוֹא אָחֳרֵי s. הוּבָא, *adducor post.* Inc. Psalm. XLIV. 15. —*אָחֳרֵי, *post.* Symm. 1 Sam. VIII. 3. Idem ib. XV. 11. et Psalm. XLVIII. 18. — אָחֳרֶיךָ, *post te.* Symm. Jud. V. 14. ἀκολουθήσω σοι, *sequar te.* — דָּבַק *agglutinor, adhæreo.* Ruth. I. 14. — *הָלַךְ אָחוֹר, *eo post.* Symm. Job. XXIII. 8. — הוֹבִיל Hiph. a יָבַל,
c *aufero, abduco.* Inc. Psalm. XLIV. 16. — הָלַךְ לְרֶגֶל, proprie *ad pedem eo,* i. e. *vestigia sequor.* 1 Sam. XXV. 42. — *חָרַךְ *trepido, territus sum.* Symm. 1 Sam. XIII. 7. ἠκολούθησε, *trepide secutus est.* Non male, immo optime. Scilicet postulat hanc interpretationem series orationis, ac admittit usus loquendi: nam חָרַךְ etiam *festinare* notat, ut
d docuit Simonis in Lex. Hebr. p. 609. seq. unde apparet, quid statuendum sit de conjectura Semleri, qui in Apparatu ad V. T. p. 303. ἐξεθαμβήθη reponere voluit. — יָלַךְ *eo.* Symm. 2 Sam. III. 16. ubi sequitur אֶת. Confer sequentia. LXX Num. XXII. 20. ἀκολουθήσω αὐτοῖς. 1 Reg. XIX. 20. ἀκολουθήσω ὀπίσω σου, sequar te. Eadem formula lo-
e quendi legitur quoque Ies. XLV. 14. — *מֵאַחַר *de post.* Symm. Ps. LXXVII. 71. — *נִפְרַד, *separor* aut *separo me.* Symm. Hos. IV. 14. Scil. הִפָּרֵד notat h. l. *separare se ab aliquo, eo consilio, ut alium sequaris.* — *עָקֵב, *calcaneus, planta.* Symm. Psalm. XL. 10. ἀκολουθῶν. Scilicet malo sensu h. l. ἀκολουθεῖν adhibetur, ut sit *a tergo aliquem sequi et quidem malo animo, insidias struendi causa.* — פָּנָה, *aspicio,* it. *converto.* Lev. XIX. 4. ubi in codd. cum ἐπακολουθέω permutatur. Ez. XXIX. 16. — Prol. Sir. ἄλλων τῶν κατ' αὐτοὺς (προφήτας) ἠκολουθηκότων, aliorum prophetarum, *qui serius his scriberent,* ubi ἀκολουθέω est *subsequor, excipio.* Judith. XII. 2. τὰ ἠκολουθηκότα μοι, scil. ὀψοποιήματα, cibi, quos secum *attulerat* ad castra, coll. X. 5. seq. 2 Macc. VIII. 36. διὰ τὸ ἀκολουθεῖν τοῖς ὑπ' αὐτοῦ προτεταγμένοις νόμοις, *obtemperare* legibus ab ipso promulgatis.

*'ΑΚΟΛΟΥΘΙ'Α, *series, nexus, consequentia.* 4 Macc. I. 21. παθῶν ἀκολουθίαι, perturbationum vicissitudines.

'ΑΚΟ'ΛΟΥΘΟΣ, *sequens, subsequens.* — אַחַר, *post.* Symm. Ps. LXVII. 27. ἀκόλουθα. 3 Esdr. VIII. 16. τὰ τούτοις ἀκόλουθα, quæ hæc sequuntur. 2 Macc. IV. 17. ταῦτα ὁ ἀκόλουθος καιρὸς δηλώσει, hæc tempus futurum docebit aut clarum reddet.

'ΑΚΟΛΟΥ'ΘΩΣ, *consequenter, convenienter.* 3 Esdr. V. 49. s. 73. Hebr. כ Esdr. III. 2. προσενέγκα ὁλοκαυτώσεις ἀκολούθως. 3 Esdr. V. 71. Hebr. כַּאֲשֶׁר Esdr. IV. 3. 3 Esdr. VII. 9. Chald. כִּכְתַב, *juxta scripturam,* Esdr. VI. 18. Ibid. VIII. 14.

'ΑΚΟΝΑ'Ω (perperam in Bielio ac Trommio legitur 'ΑΚΟΝΕ'Ω), *acuo, exacuo.* חַדָּה verbale fœm. *acutum.* Prov. V. 4. ἠκονημένον μᾶλλον μαχαίρας διστόμου. — לָטַשׁ, *polio, acuo.* Symm. Ps. IX. 13. τὴν μάχαιραν αὐτοῦ ἀκονήσει, ensem s. ferrum acuet. — מְלַטֵּשׁ part. Pyh. a לָטַשׁ. Ps. LI. 2. ξυρὸν ἠκονημένον, novacula acu-

ta. — שָׁנַן, *acuo*, οἱ λοιποὶ Prov. XXV. 18. LXX Psalm. LXIII. 3. et CXXXIX. 3. ἠκόνησαν γλώσσας, linguam acuerunt, h. e. callide ac insidiose locuti sunt. — שָׁנוּן, *acutus*. Ps. XLIV. 7. τὰ βέλη ἠκονημένα, quæ verba quoque reperiuntur Ps. CXIX. 4.

*ΑΚΟΝΙΣ. Vox hæc, in Bielii Thesauro ac omnibus, quæ consului, Lexicis Græcis omissa, reperitur Psalm. CXXVI. 4. in Ed. Vlta, ubi ἀκίδας νοῦ, *acuminis mentis*, legitur, sed ita, ut, quo pertineat, non satis certo dici possit. Drusius legit ἀκμῆτος νοῦ. Suspicari aliquis posset, hæc verba ad הַנְּעוּרִים, *juventutis*, referenda esse, ut *filii juventutis* sint *filii acutæ mentis*, ac respexerit auctor hujus versionis ad notionem *excutiendi* (tributam huic voci a LXX, qui habent h. l. ἐκτιναγμένοι), quam tamen sensu metaphorico acceperit: non male et rei pariter ac usus loquendi ratione habita. Mihi tamen in mentem venit, annon loco ἀκόνως νοῦ reponendum sit ἀκοντιστοῦ, *jaculatoris*, ut ad antecedens גִּבּוֹר referatur. Vox enim גִּבּוֹר in universum *eum notat, qui in aliqua re aliquid valet, peritum, exercitatum*, adeoque h. l., ubi de sagittis sermo est, *artis jaculandi s. sagittandi peritum*. Sed dent alii meliora.

ἈΚΟΝΤΊΖΩ, *jaculor, peto jaculo, idque sive assequaris s. aliter.* Herodot. I. 43. זָרַק, *spargo*. Inc. Lev. I. 5. Scilicet aspersio cum jaculatione aliquam similitudinem habet. — יָרָה et הוֹרָה, *jacio, jaculor*. Kal et Hiph. 1 Sam. XX. 19. τρισὶν ταῖς σχίζαις ἀκοντίζων, tres jaculabor sagittas, coll. ib. v. 35. et 36. — רָמָה, *jacio, jaculor*. Symm. Psalm. LXIII. 8. ubi non assentiri possum viris doctis, qui statuunt, Symmachum putasse, יוֹרֶם esse faturum verbi יָרָה in Hiph., quod *jaculari* significat. Hesych. ἀκοντίζει, ἄνω ῥίπτει, quæ glossa multum valet ad illustrationem loci Lev. I. 5. supra allati.

ἈΚΟΝΤΙΟΝ, *jaculum*. חֵצִים, *sagittæ*. Symm. 1 Sam. XX. 36. Hesych. Ἀκόντιον, δοράτιον, μικρὰ λόγχη.

ἈΚΟΝΤΙΣΤΗΣ, *jaculator*. מוֹרֶה idem, part. Hiph. a יָרָה, *jaculor, jacio*. 1 Sam. XXXI. 3.

*ΑΚΟΠΙΑΣΤΟΣ, *sine labore ac molestia*. Legitur hæc vox a Bielio omissa Sap. XVI. 20. sec. cod. Alex. ἄρτον ἀπ' οὐρανοῦ παρέσχες αὐτοῖς ἀκοπιάστως, ubi ἀκοπιάστως ad Israëlitas pertinet, qui sine labore ac molestia manna in deserto colligebant. Reperitur præterea hoc adverbium apud Schol. Soph. ad Ajac. v. 852.

ἈΚΟΠΙΑΤΩΣ, *sine labore et molestia*, i. q. ἀκοπιάστως et ἀκοπητί. Sap. XVI. 20. sec. Vatic. ἕτοιμον ἄρτον αὐτοῖς ἀπ' οὐρανοῦ ἔπεμψας ἀκοπιάτως. Vide artic. anteced.

ἌΚΟΣΜΟΣ, *inornatus, indecorus, inhonestus*. Prov. XXV. 27. οὕτως ἄκοσμον δίκαιον πιστοπέναι: ubi ἄκοσμον LXX de suo addiderunt perspicuitatis caussa.

ἈΚΟΣΜΩΣ, i. q. ἀκοσμήτως, *confuse, inornate*, it. *ignominiose*. 2 Macc. IX. 1. ἐτύγχανεν ἀναλελυκὼς ἀκόσμως, reversus erat inhoneste: quibus verbis *fœdam fugam* significat, *indignam ordine militari*, ut recte monuit ad h. l. Baduellus. Respondet nostro: in unordnung, *in confusion*. Reperitur præterea hoc adverbium apud Schol. Aristoph. Ran. v. 38. et Æschyl. Pers. v. 374. Schol.

ἈΚΟΥΣΙΑΖΟΜΑΙ, *involuntarie ago, per imprudentiam pecco*. נָגַג, *erro*. Num. XV. 26. τῆς ψυχῆς τῆς ἀκουσιαζομένης καὶ ἁμαρτούσης ἀκουσίως, animæ, quæ nesciens peccavit.

a ΑΚΟΥΣΙΟΝ, *involuntarium, peccatum per imprudentiam et errorem commissum.* שְׁגָגָה *error*, etiam *peccatum per errorem ac imprudentiam commissum.* Aqu. ac Theod. Cohel. X. 5. ubi LXX ἄγνοιαν posuerunt. LXX Num. XV. 23. ὅτι ἀκούσιόν ἐστι, quoniam per errorem commissum est; ac paulo post ἤνεγκαν δῶρον περὶ τῶν ἀκουσίων αὐτῶν. — בִּשְׁגָגָה, *per*
b *errorem.* Num. XV. 24. Confer Bonfrerium ad Levit. IV. p. 591.

ΑΚΟΥΣΙΩΣ, *involuntarie, non sponte, imprudenter, per errorem.* — בִּבְלִי דַעַת, *sine scientia*, h. e. *imprudenter, per errorem.* Deut. XIX. 4. ubi ἀκουσίως cum οὐκ εἰδὼς in codd. permutatur. ὃς ἂν πατάξῃ τὸν πλησίον αὐτοῦ ἀκουσίως, qui alium per imprudentiam occiderit. —
c בִּשְׁגָגָה, *in errore.* Levit. IV. 2. 22. 27. V. 15. Jos. XX. 3. 9. — לִשְׁגָגָה idem. Num. XV. 22. — Præterea legitur Lev. IV. 13. ἐὰν δὲ πᾶσα συναγωγὴ Ἰσραὴλ ἀγνοήσῃ ἀκουσίως: ubi ἀκουσίως de suo addiderunt LXX. Deest quidem in ed. Ald. neque agnoscit Origenes; additum autem videtur ab iis propterea, quia ἀγνοεῖν de *omnis generis peccatis* adhibetur. Adde Eurip. Troad. v. 1011. Plato
d de Rep. Lib. III. p. 412. ult.

ΑΚΟΥΣΙΩΣ ΑΜΑΡΤΑΝΩ, *invite aut ex ignorantia pecco.* כָּסָה פֶּשַׁע, *tego transgressionem.* Job. XXXI. 33. Sic Bielius Trommium secutus. Verba Græca sunt: εἰ δὲ καὶ ἁμαρτὼν ἀκουσίως, ἴκρυφα, ubi ex collatione luculenter apparet illud ἴκρυφα ad כָּמַיְתִּי pertinere, et ἁμαρτὼν ἀκουσίως tantum Hebraice פֶּשַׁע respondere.

e ΑΚΟΥΣΤΗΣ, *auditor, qui audit.* Sap. I. 6. τῆς γλώσσης αὐτοῦ ἀκουστὴς, Deus audit ea, quæ lingua profert, etiam futilia ac inania.

ΑΚΟΥΣΤΟΣ, *audibilis, sub auditum cadens.* נִשְׁמָע, *audior.* Niph. Ex. XXVIII. 35. ἀκουστὴ ἡ φωνὴ αὐτοῦ εἰσέρχεται εἰς τὸ ἅγιον, ut audiatur sonitus ejus, quando sanctuarium Jovæ ingreditur. — *תְּרוּעָה, *clangor, vociferatio.* Num. XXIX. 1. יוֹם תְּרוּעָה, *dies clangoris*, h. e. quo buccinis clangetur. Samarit. sec. Schol. a Montf. prolatum (quod Apolinario tribuit Cat. Niceph. p. 1371.) ἡμέρα ἀκουστή, ubi LXX habent ἡμέρα σημασίας. Confer ad h. l. Drusium ac Scharfenbergii Anim. P. I. p. 118.

ΑΚΟΥΣΤΟΣ ΓΙΝΟΜΑΙ, *audibilis fio.* שָׁמַע in Kal et Hiph. Gen. XLV. 2. ἀκουστὸν ἐγένετο εἰς τὸν οἶκον Φαραώ, audierunt aulici Pharaonis. Ies. XLVIII. 3. et 20. — שֶׁמַע, *auditus.* Ies. XXIII. 5.

ΑΚΟΥΣΤΟΣ ΕΙΜΙ, *audibilis sum.* שָׁמַע Kal. *audio.* Ies. XVIII. 3. ὡς σάλπιγγος φωνὴ ἀκουστὸν ἔσται, cum tubæ sonum audieritis.

ΑΚΟΥΣΤΟΝ ΠΟΙΕΩ, *audibile facio.* — *גָּלָה, *revelo.* Symm. 2 Sam. VII. 27. V. infra s. v. שָׁלַח. — הַשְׁמִיעַ, *audire facio.* Hiph. a שָׁמַע, *audio.* Aqu. sec. cod. X. Holm. Deut. XXX. 12. ἀκουστὴν ἡμῖν αὐτὴν ποιήσει (?). Symm. Psalm. L. 10. Inc. Jud. XIII. 23. LXX Deut. IV. 36. ἀκουστήν σοι ἐποίησεν τὴν φωνὴ αὐτοῦ, *locutus est.* 1 Sam. IX. 27 ἀκουστόν σοι ποιήσω ῥῆμα κυρίου sec. cod. Alex. et Ald. Sed Vat. pro ἀκουστόν σοι ποιήσω habet ἄκουσον, sensu eodem. Ies. XXX. 30. et alib. sæpius. — *שָׁלַח seq. אֶל. Si fides habenda est Montfauconio, verba καὶ ἀκουστὸν ποιήσω σοι in versione Symmachi 1 Sam. XX. 12. ac Hebr. אֶשְׁלַח אֵלַיִךְ, *misero ad te* referenda sunt, quod etiam locum habere potest, si verba Symmachi ita reddantur: *per legatos s. misso nuntios notum tibi faciam.* Sed æque verosimile est, hæc verba ac proxime sequentia בַּלִּיתִי אֵת־אָזְנֶךָ

revelavero aurem tuam, pertinere, ut adeo duæ versionis, ut sæpe fit, h. l. coaluerint, aut duæ editiones versionis Symmachi laudatæ fuerint. Vide supra s. v. גָּלָה. Sir. XLV. 11. ἀκουστὸν ποιῆσαι ἦχον. Ib. XLVI. 20. ἐν ἤχῳ μεγάλῳ ἀκουστὴν ἐποίησε τὴν φωνὴν, et L. 19. ἀκουστὴν ἐποίησαν φωνὴν μεγάλην.

ἈΚΟΥΤΊΖΩ, *audire facio*. הִשְׁמִיעַ idem. Symm. Theodot. Ies. XLIII. 9. Οἱ λοιποὶ ibid. v. 14. LXX Jud. XIII. 23. 2 Sam. XV. 16. sec. Compl. 1 Par. XV. 16. ubi cum φωνέω in codd. permutatur. Psalm. L. 9. ἀκουτιεῖς μοι ἀγαλλίασιν, annuntia mihi summam illam lætitiam. Cant. II. 14. ἀκούτισόν με τῆς φωνῆς σου. Ibid. VIII. 13. Jer. XLIX. 2. Sir. XLV. 5. ἠκούτισεν αὐτὸν τῆς φωνῆς αὐτοῦ. Theophylact. Ep. 21. p. 289. T. VIII. Opp. Meursii. Suidas: ἀκουτίσαι, διδάξαι. Confer Interpp. Hesychii in v. ἀκουστήσας et ἀκουστιῶν. Schol. Gregor. Nazianzen. inedit. apud Ruhnk. ad Tim. p. 238. ἐνοπτρίζεσθαι τε καὶ ἀκουτίζεσθαι.

*ἈΚΟΥΤΙΣΤΟ῾Σ idem quod ἀκουστής. Vocem hanc a Bielio in Thesauro omissam et omnibus Lexicographis Græcis ignotam exhibet Theodoretus et Codex unus Regius Ps. LXV. 8. ubi pro ἀκουστὴν ποιεῖτε apud Symm. ad Hebr. הַשְׁמִיעוּ legitur ἀκουτιστὴν ποιήσατε.

ἈΚΟΥ῾Ω, *audio, obedio, exaudio, intellego*. אָזְנַיִם dualis ab אֹזֶן, *aures*. Job. XIII. 17. ἀναγγελῶ γὰρ ἐμῶν ἀκουόντων. Sensum expresserunt. Ez. IX. 5. et X. 13. — *גּוּר, *metuo*. Deut. XVIII. 22. ubi pro לֹא תָגוּר מִמֶּנּוּ, *non timebis ab eo*, in nonnullis libris teste Bosio legitur οὐκ ἀκούσεσθε αὐτοῦ, non ei fidem habebitis, sensu eodem. Sermo enim ibi est de vaticiniis falsorum prophetarum, quæ fidem nullam merebantur, nec adeo metuenda erant. — דַּעַת, *scientia*. Ies. XXXII. 4. καρδία τῶν ἀσθενούντων προσέξει τῷ ἀκούειν. Pro ἀκούειν, quod in marginem rejecit, Grabius in textu posuit νοεῖν, partim e MS. Regio, partim ob textum Hebr. Sed cum voces νοεῖν et ἀκούειν parum habeant similitudinis, e præcedentibus originem lectionis ἀκούειν petere mallem. Cum enim eadem vox in fine v. 3. præcesserit, ea vel librario ob oculos versata est, vel in mentem recurrit, ita ut pro νοεῖν scriberet ἀκούειν. Sed ut ingenue profitear, quod sentio, recepta quoque lectio defendi potest. — דָּרַשׁ seq. ל, *colo*. 3 Esdr. V. 69. coll. Esdr. IV. 2. — הֶאֱזִין Hiph. *aures præbeo, auribus percipio*. 2 Par. XXIV. 19. Ies. XXXII. 9. — הִקְשִׁיב Hiph. *ausculto, attendo*. 2 Par. XX. 16. Ies. XLVIII. 18. εἰ ἤκουσας τῶν ἐντολῶν μου, utinam attenderes s. morem gereres legibus s. præceptis meis. Jer. VI. 10. 17. et XVIII. 18. ubi ante ἀκουσώμεθα inserendum est οὐκ, ut legitur in Compl. Cod. Syr. Hex. et Theodoreto. — הִשְׁמִיעַ *audire facio*, etiam *audio*. 1 Sam. IX. 27. sec. Vat. ἄκουσον ῥῆμα θεοῦ, quæ lectio quanquam quodammodo excusari potest, quippe sensus ex ea non mutatur, tamen pro ἄκουσον scriptum fuisse ἀκουστὸν scil. ποιήσω (ut Alex. et Ald. habent) probabile est. — *זְעָקָה, *clamor*. Prov. XXI. 13. ὃς φράσσει τὰ ὦτα αὐτοῦ τοῦ μὴ ἀκοῦσαι ἀσθενοῦς, ubi τοῦ μὴ ἀκοῦσαι Hebr. מִזַּעֲקַת *a clamore* respondet, ac sensum expresserunt. — יָצָא, *exeo*. 2 Par. XXVI. 15. ἠκούσθη ἡ κατασκευὴ αὐτῶν ἕως πόῤῥω, audiebatur instructio illorum longe lateque, vel fama instructionis illorum longe dimanabat. Scilicet יָצָא quandoque de re usurpatur, quæ *late propagatur*, v. c. de fama alicujus rei, uti h. l. Idem valet de altero loco Esth. VII. 8. ubi verba Hebraica הַדָּבָר יָצָא מִפִּי הַמֶּלֶךְ LXX brevitati stu-

a dentes et ad Hamanem referentes transtulerunt: ἁμὰν δὲ ἀκούσας, sensu eodem. — *נְמַהַר, Niph. *festino.* Symm. Ies. XXXII. 4. sec. Hex. נְמָהָרִים, *festinantes, præcipitati,* per ἀκούοντες reddidit. Sed vitiosa hic sunt Hexapla, et ἀκούοντες rejiciendum est ad שְׁמָעִים v. 3. — נִפְתָּח *aperior.* Ies. XXXV. 5. ὦτα κωφῶν ἀκούσονται, ubi Hebraismum
b satis notum bene interpretati sunt. — *עָנָה, *respondeo, exaudio.* Symm. Ies. XXX. 19. in notione *exaudiendi,* ubi LXX ἐπήκουσεν habent. — רָאָה, *video.* Inc. 2 Sam. XVIII. 29. Verba sensuum sæpe apud Hebræos invicem permutantur. Ἀκούειν pro *spectare* legitur apud Musæum v. 5. ubi vid. Schraderus. — שְׁמוּעָה, *auditio.* Ies. XXVIII.
c 19. — שָׁמַע, *audio.* Gen. III. 8. ἤκουσαν τῆς φωνῆς κυρίου, audierunt vocem Jovæ. Sic cum *genitivo* construitur ib. v. 10. et IV. 22. Cum *accusativo* vero ibid. XI. 7. XXXI. 1. Exod. II. 15. Gen. III. 17. ὅτι ἤκουσας τῆς φωνῆς τῆς γυναικός σου, quoniam uxori *obtemperasti.* Gen. XI. 7. ἵνα μὴ ἀκούσωσιν ἕκαστος τὴν φωνὴν τοῦ πλησίον, ut non *intellegat*
d unusquisque linguam proximi, coll. Gen. XLII. 23. Gen. XLIX. 2. ἀκούσατε πρὸς τοῦ πατρὸς ὑμῶν, audite patrem vestrum. Ex. XVI. 20. οὐκ ἤκουσαν Μωϋσῆ, non *obediebant* Mosi. Sic quoque legitur Deut. XI. 27. et XIII. 4. Confer Fesselii Advers. SS. Lib. VIII. c. 1. p. 212. 1 Sam. XII. 15. ubi ἀκούειν est *exaudire,* et cum εἰσακούειν in codd. permutatur,
e coll. Ex. XVIII. 24. Psalm. VI. 9. et XVII. 8. — *שְׁמַע Chald. idem. Dan. III. 5. 7. V. 15. VI. 14. etc. — שָׁמַע בְּאָזְנַי, *audio auribus.* Job. XXVIII. 22. — שָׁמַע שְׁמוּעַ, *audiendo audio.* Job. XIII. 17. — שָׁמַר, *observo.* Deut. XI. 21. XXXI. 12. Jos. XXII. 2. ubi perperam nonnulli statuunt LXX שְׁמַעְתֶּם legisse. Sirac. XXV. 9. ἀκουόντων, *docilium, intellegentium* et *obedientium.* Ibid. v. 18. ἀκούσας, audiens alios queri de uxoris suæ morositate et morum asperitate. Mallem tamen legere ἀκουσίως, ut habet Compl. Sir. XXIX. 28. πικρὰ ἀκούσῃ. 2 Macc. X. 13. προδότης παρίπασσα ἀκούων, cum ubicunque proditor *audiret.* Scil. ἀκούειν, ut Latinum *audire,* est interdum, ut h. l., *vocari, appellari, circumferri.* Polyb. III. 94. 8. καλῶς
g ἀκούειν παρά τινι. Dio Cass. p. 480. ed. Reim. δεινῶς ἀγαναιτῶν, ὅτι παῖς ἤκουε. Conf. quoque Stephanum in Thes. L. Gr. s. h. v.

ἈΚΟΥΩ, ἈΚΟΥΩ, *audio, audio.* הַקְשִׁיב. Ies. LI. 4.

ἈΚΟΥΩ ΒΑΡΕΩΣ, *difficulter audio.* הַכְבִּיד Hiph. *aggravo.* Ies. VI. 10. τοῖς ὠσὶν αὐτοῦ βαρέως ἤκουσαν.

h ἈΚΟΥΩ ΠΛΕΙΟΝ, *plus audio,* h. e. *majorem intellegentiam consequor;* nam ἀκούειν interdum est *discere, intellegere.* הוֹסִיף לֶקַח *adjicio perceptionem.* Prov. XVI. 11.

ἌΚΡΑ, ἡ, pr. *summum cacumen montis,* deinde i. q. ἀκρόπολις, *arx, munitio.* מִלּוֹא nomen proprium. 2 Sam. V. 9. 1 Reg. XI. 15. 27. Habuerunt scil. nomen proprium pro
i nomine appellativo, quod *castellum cum vallo* notat. — *עֲרִיחַ, *arx montana, turris elata.* Jud. IX. 46. sec. Oxon. In Ald. et Compl. legitur ὀχύρωμα. — *קָצֶה, *extremum, finis.* Theod. Ies. LVI. 11. מִקָּצֵהוּ, ἀπ' ἄκρας αὐτοῦ, ubi melius apud alios legitur ἀπ' ἄκρου αὐτοῦ. — *רֹאשׁ, *caput, summitas.* Aqu. Symm. 2 Sam. XV. 32. Vulg. *summitatem.*
k Ib. XVI. 1. 1 Macc. I. 35. ubi videndus Michaëlis in Anim. ad Vers. Germ. p. 31. seq. Ib. IV. 2. ubi οἱ υἱοὶ τῆς ἄκρας, filii arcis, dicuntur *habitatores* vel *defensores*

arcis. 4 Macc. IV. 20. ἐπ' αὐτῇ τῇ ἀκρᾳ, h. e. *in arce*, coll. 1 Macc. I. 15.

ΑΚΡΑΤΟΣ, *merus, non mixtus.* חֲמָה *æstuans ira.* Jer. XXV. 15. ποτήριον τοῦ οἴνου τοῦ ἀκράτου, poculum vini meri. Legerunt sine dubio חֲמַר, quod *merum* notat. — חָמַר, *turbidus sum.* Symm. et LXX Ps. LXXIV. 7. Legerunt et hic חֲמַר. Lectu digna de h. l. habet Starckius in Carminibus Davidis Vol. I. p. 275. qui putat, formulam οἶνος ἄκρατος h. l. ad illud mixtionis genus respicere, quo tres aquæ partes cum quarta vel quinta parte vini in calice simul miscere solebant veteres, ut temperet animosum lympha vinum. 3 Macc. V. 2. οἶνος ἄκρατος, merum. Hesych. ἄκρατος, ἀμιγὴς, ἀκηρίκρατος. Xenophon apud Suidam in Ἄκρατος· κάν δὲ ἦν ὁ οἶνος ἄκρατος, εἰ μή τις ὕδωρ ἐκηχίου. Confer Schefferum ad Ælian. V. H. Lib. II. cap. 11.

*ΑΚΡΕΜΩΝ, *ramus quivis, specimen, ramus major, prægrandis.* Vocabulum נֵזֶר, *surculus,* Aquila Isa. XI. 1. teste Hieronymo ἀκρέμονα; seu potius ἀκρίμονα, quo casu Hexaplis inserendum erat, (ut recte monuit Kreyssigius in Symbol. P. II. p. 8.) interpretatus est. Vide Montf. ad Hex. h. l. et cap. XIV. 19. Hesych. ἀκρίμονες, βλαστοὶ, κλάδοι.

ΑΚΡΙΒΑΖΩ, *diligenter indago, probo,* item *exacte, curate describo* ac *definio, diligenter constituo.* — חָקַק, *scindo, delineo,* etiam *decerno, statuo.* Aqu. Theod. Prov. VIII. 27. ubi ἀκριβάζων γῦρον non est *accurate describere circulum,* sed *circulo.* Vulg. *quando certa lege et gyro vallabat abyssos.* Legitur quoque hæc vox apud eosdem ibid. v. 15. ἀκριβάσουσι δίκαια, accurate decernent, quod justum est. — *חָקַר, *investigo, explora.* 2 Paral. IV. 18. sec. Compl. — חֹק, *statuta.* Inc. Lev. XVIII. 26. — מְחֹקֵק, *decernens, legislator, qui accurate leges describit, doctor.* Aqu. Gen. XLIX. 10. ubi de doctore et interprete legum oraculorumque divinorum explicandum est. V. Fischeri Clavem p. 18. seq. ac Drusium in Fragm. p. 72. Confer quoque Theodot. Psalm. LIX. 8. — צְבִי, *decus.* Aqu. et LXX sec. Compl. 2 Sam. I. 19. ἀκριβασαι, al. ἀκρίβασον. Cappellus in Crit. S. p. 882. ed. rec. existimat, eos loco הַצָּבִי legisse הַצָּפִי *speculare, considera,* ut sit Imp. Hiph. a rad. צָפָה, contra quem recte observavit Scharfenbergius, eos aberrasse non a lectione, sed interpretatione vulgata, ratos nempe, הַצָּבִי esse imper. Hiph. verbi יָצַב, quod Chaldæis est *diligenter cognoscere et explorare verum, vero insistere et inniti,* unde Dan. VII. 16. Chald. יַצִּיבָא a LXX et Theod. per ἀκρίβεια redditur. Confer quoque ibid. v. 19. Buxtorfius in Anticr. p. 778. statuit, illos respexisse ad חָשַׁב per commutationem ח et ה, item צ et שׁ, quod alias ab ipsis non infrequenter factitatum, simulque addit, lectionem genuinam LXX h. l. esse στήλωσον, quod habent editt. pleræque et meliores. Sir. XLVI. 18. ἐν πίστει αὐτοῦ ἠκριβάσθη προφήτης, in fide sua *probatus est* propheta.

ΑΚΡΙΒΑΣΜΑ, *accurate constitutum, statutum exactum et accuratum, quod exacte observandum proponitur, lex, præceptum.* Vocabulum hoc, quo caret Thesaurus Stephani, legitur pro חֹק *statutum* apud Aquilam Deut. VI. 17. et 20. in Ed. Vta Ps. XCVIII. 23. ac apud Inc. (qui sine dubio Aquila est) 1 Reg. II. 3. — מִשְׁפָּט, *jus, judicium.* Inc. Lev. XVIII. 5. Scilicet מִשְׁפָּט etiam de *legibus* et *institutis divinis* adhibetur,

a ut satis notum est. — *מִקְדָּשׁ, *sanctuarium.* Inc. Lex. XIX. 30. ex falsa quidem interpretatione, per se tamen non incommoda. — *פְּקוּד, in plur. פְּקוּדִים, *mandata, cum cura commissa.* Inc. (Aquila sine dubio, e conjectura Montf.) Psalm. XVIII. 9. ἀκριβάσματα, ubi non assentiri possum Fischero, qui in Clavi Verss. GG. V. T. p. 19. A- b quilam loco פְּקוּדֵי legisse putat חֻקֵּי, aut, quod paulo propius accedit ad figuram literarum τοῦ פְּקוּדִי, חֻקּוֹת. Nam vox Hebraica, quæ in textu legitur, eandem significationem habet.

'ΑΚΡΙΒΑΣΜΟ'Σ, *accurata inquisitio,* etiam i. q. ἀκρίβασμα, *accurate constitutum, quod exacte observandum, propositum, lex, præceptum, manda-* c *tum,* חֹק, *statutum.* Aqu. Ps. II. 7. ἀναγγέλλων ἰσχυροῦ ἀκριβασμόν, tradam Dei præcepta s. perferam Dei mandata ad homines, ubi LXX πρόσταγμα habent. Idem Gen. XLVII. 22. ubi ἀκριβασμὸς *cibaria statuta et demensa* notat, quæ Pharaonis auctoritate Ægyptiorum sacerdotibus ex horreis publicis præbebantur. Verba Græca sunt: ἀκριβασμὸς γὰρ τοῖς d ἱερεῦσι. Conf. Fischeri Clavis p. 20. Idem Ex. XXIII. 10. Prov. XXX. 4. Aqu. et Theod. Prov. VIII. 27. LXX Prov. VIII. 29. ἐν τῷ τιθέναι θαλάσσῃ ἀκριβασμὸν, cum poneret mari *terminum suum accurate constitutum.* — חָקָק plur. חֻקִּים *statuta.* Aqu. Ps. XCIII. 20. LXX sec. Ald. et Compl. Jud. V. 15. μεγάλοι ἀκριβασμοὶ καρδίας, ubi pro e חֹקְקֵי legisse nonnullis videntur חֹקְרֵי, *investigantes,* ac reliqui libri ἐξεταζόμενοι habent.

'ΑΚΡΙΒΑΣΤΗ'Σ, *diligens explorator, inquisitor, probator.* מְחֹקֵק, *decernens, legislator.* Aqu. Jud. V. 14. Symm. ἐκτιτάσσοντες. Idem Ps. LIX. 8. — שֹׁמֵר, *minister, qui promulgat decreta magistratuum, atque ea exe-* f *cutioni mandat.* Aqu. Deut. XVI. 18. sec. Basil. ubi ex sententia Scharfenbergii substituenda est lectio sanior Coislin. ἐκβιβασταὶς (q. d. *exactores,*) quam etiam Procopius ad Jos. I. 10. Cat. Nicoph. T. II. p. 7. secutus est. Sed mihi utraque lectio ex duabus Aquilæ editionibus hausta locum hic habere posse videtur.

'ΑΚΡΙ'ΒΕΙΑ, *accurata diligentia, accuratio, accurata inquisitio* et *cogni-* g *tio, accurate statutum.* יְצִיבָא, Chald. *veritas, certitudo.* Dan. VII. 16. τὴν ἀκρίβειαν ἐζήτουν παρ' αὐτοῦ, *accuratam notitiam* petebam ab illo. — חֻקָּה, *statutum.* Aqu. Ex. XII. 14. Lev. XXIII. 41. Job. XXXVIII. 33. — חוֹקְקִים. Symm. Jud. V. 15. Sap. XII. 21. μετὰ πόσης ἀκριβείας ἔκρινας τοὺς υἱούς σου, cum quanta dilegentia (ne sc. modum excederes in puni- h endo) et cautione judicasti filios tuos? Sir. XVI. 26. ἐν ἀκριβείᾳ ἐναγγελῶ ἐπιστήμην: ubi ἐν ἀκριβείᾳ est *exacta dilegentia.* Ibid. XLII. 6. ἀκρίβεια ζυγοῦ καὶ σταθμῶν. Hesychio ἀκρίβεια est ἡ ἀκριβὴς κατάληψις, *accurata cognitio.*

'ΑΚΡΙΒΗ'Σ, *accuratus, exquisitus.* *יְצִיב, *verum.* Dan. II. 45. sec. Chis. ἀκριβὲς τὸ ὅραμα. Ibid. IV. 25. ἀκριβὴς γάρ μου ὁ λόγος, ubi ἀκριβὴς *verum* ac *certum* notat. Sir. XVIII. 29. παροιμίας ἀκριβεῖς, sententias *exquisitas.* Ibid. XIX. 21. πανουργία ἀκριβὴς, *subtilis* calliditas. Ibid. XXXI. 28. μαστυρία ἀκριβὴς, reprehensio *justa,* aut testimonium *verum* ac *certum.* Ibid. XXXII. 4. ἀκριβὴς ἐπιστήμη.

'ΑΚΡΙΒΟΛΟΓΙ'Α, *accurata discussio et examinatio, subtilis disputatio.* — חֵקֶר, *scrutatio, perscrutatio, investigatio.* Jud. V. 16. ἀκριβολογίαι καρδίας, accuratæ perscrutationes cordis. Hesych. ἀκριβολογῆται, ἀκριβῶς ἐξετάζει.

'ΑΚΡΙΒΟ'Ω, *plane cognosco, dile-*

genter exploro, summa cura ac dilegentia aliquid facio, accurate constituo. — חֻקּוֹת, *statuta.* Inc. Lev. XVIII. 3. ἠκριβωμένα, accurate constituta, — חָקַק. Aqu. Ies. XLIX. 16. ἠκρίβωσα, h. e. *accurate delineavi.* — *מִשְׁפָּט. Aqu. Lev. XX. 22. ἠκριβωμένα. Sed pertinet hæc vox potius ad antecedens חֻקֹּתַי, ut recte monuit Scharfenbergius.

ᵇ ἈΚΡΙΒΩΣ, *accurate, dilegenter, exquisite.* הֵיטִיב inf. in Hiph. adverbialiter, *bene, optime.* Deut. XIX. 18. ἐξετάσωσιν οἱ κριταὶ ἀκριβῶς, judices dilegenter in rem inquirant. — לְיַצִּיבָא Chald. *ad veritatem.* Dan. VII. 19. ἐζήτουν ἀκριβῶς περὶ τοῦ θηρίου.

ἈΚΡΙΣ, *locusta.* אַרְבֶּה idem. Ex. X. 4. Deut. XXVIII. 38. Joël. I. 4. — *אַרְבֶּה, *fumarium.* Hos. XIII. 1. sec. Compl. quam lectionem in textum recepit Grabius, ubi, ut jam Hieronymus ad h. l. monuit, alia puncta subjecerunt, legentes מֵאַרְבֶּה. Koehlero in Obss. Critt. in Psalmos T. III. Repertorii Eichhorn. Literat. Bibl. et Or. p. 3. LXX scripsisse videntur ἀπὸ θυρίδων loco ἀπὸ ἀκρίδων, coll. Ies. XXIV. 18. Sed ἀτμὶς ἀπὸ ἀκρίδων est nebula ex locustis constans, quæ solis lucem intercipit atque obscurat, sed brevi evanescit. Non possum tamen prorsus silentio præterire conjecturam, quam Fellus Not. ad Clementis Ep. I. ad Corinth. §. 17. proposuit, ἀκρίδων pariter ac δακρύων pro χύτρας librarii errore nunc haberi, cui voci consonare putat Hebr. אַרְבֶּה, quod apud Rabbinos כלי קטן exponitur. Confer Opuscula nostra Critica p. 421. — גּוֹב, idem. Ies. XXXIII. 4. Amos VII. 1. Nahum III. 17. — חָגָב, etiam *cicada.* Lev. XI. 22. Num. XIII. 33. Coh. XII. 5. παχυνθῇ ἡ ἀκρίς. Ad hunc locum respicitur in Lex. Cyrilli MS. Bar. ubi ita: Ἀκρὶς, βοτάνη τις οὕτω λεγομένη. Καὶ ὁ Σολομὼν ἡμᾶς διδάσκει λέγων· ἀνθήσῃ τὸ ἀμύγδαλον καὶ παχυνθήσεται (vulgo παχυνθῇ) ἡ ἀκρίς. Ταύτας οἶμαι καὶ τὸν πρόδρομον ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐσθίειν. In eadem sententia fuit Athanasius Alexandrinus in Comment. ad Matth. III. 4. T. II. Collect. Nov. Patr. Montf. Conf. et Bocharti Hieroz. P. II. Lib. IV. c. 7. p. 489. et cap. 12. p. 518. Ies. XL. 22. — חָסִיל, *bruchus.* Joël. II. 25. — יֶלֶק, *bruchus.* Jer. LI. 14. 27. Nah. III. 15. Judith. II. 14. πολὺς ὁ ἐπίμικτος, ὡς ἀκρίς. ubi ἀκρὶς collective sumitur, ut apud Theophan. Chronogr. p. 235. B. Sap. XVI. 9. ἀκρίδων δῆγμα.

ἈΚΡΙΤΩΣ, *extra judicium, re non judicata, injuste,* etiam *temerarie, sine judicio et sensu decori.* Gen. XVIII. 25. ubi Symm. sensum verborum: הֲשֹׁפֵט כָּל־הָאָרֶץ לֹא יַעֲשֶׂה מִשְׁפָּט, *totius terrarum orbis judex non ita judicabit,* liberius paulo expressit: ὁ πάντα ἄνθρωπον ἀπαιτῶν δικαιοπραγεῖν, ἀκρίτως μὴ ποιήσῃς τοῦτο, non male quoad sensum. Præter hunc locum adverbium hoc quoque Hab. II. 15. de suo addidit Symmachus ac auctor ed. Vtæ. Sir. XIII. 13. μὴ ἔμπιπτε, ἵνα μὴ πέσῃς, ἀκρίτως (h. e. *temere*). Ita enim interpungenda videntur hæc verba (quæ in Compl. tantum exstant, in reliquis autem codd. et verss. desiderantur), ut ἀκρίτως cum ἔμπιπτε construatur. Polyb. II. 7. ἀκρίτως καὶ προφανῶς περιβάλλειν ἑαυτὸν ταῖς συμφοραῖς. Budæus in Commentariis Gr. L. p. 12. ut doceret, ἄκριτον apud Græcos dici *sine judicio ac ratione factum,* exempli loco affert locum Herodiani II. 7. 3. ubi ἀκρίτοις ἀναλώμασι occurrit. Hinc ἀκριτόμυθος est *sine judicio et delectu verba faciens.* 1 Macc. II. 37. ἀκρίτως ἀπόλλυτε ἡμᾶς, *indicta causa* nos perditis. Ibid. XV. 33. ἀκρίτως κατεκρατήθη, *injuste* possessa ac nobis quasi retenta est.

a ΑΚΡΟΆΜΑ, *acroama, quod auditur, narratio,* aut *fabula, quæ a vulgo lubenter auditur, recitatio.* Sir. XXXII. 5. ὅπου ἀκρόαμα, μὴ ἐκχέῃς λαλιὰν, ubi aliquid narratur, vel ubi aliquid audiri, auscultari debet, ne effundas sermonem. Nonnullis interpretibus, v. c. Bretschneidero, ἀκρόαμα h. l. vel significat *concentum musicum in convivio,* vel *homines, qui*
b *cantu et gestibus exhilarant convivas.* Conf. Cic. Verr. IV. 22. et Orat. p. Sexto c. 54. " ipse ille maxime ludius, non solum spectator, sed actor et acroama."

ΑΚΡΟΆΣΙΣ, *auditio, auscultatio.* עֹנֶה, part. *respondens, responsor.* 1 Reg. XVIII. 26. οὐκ ἦν ἀκρόασις, nihil seu nulla responsio audiebatur; ubi aut ἀκρ. de *exauditione precum* explicari, aut ejus loco ἀπόκρισις reponi potest. Certe Vulg. habet: *nec aliquis respondebat.* — קֶשֶׁב, *attentio, auscultatio.* 2 Reg.
c IV. 31. οὐκ ἦν ἀκρόασις, non videbatur intellegere, quæ dicebantur, seu: nullus sensus se prodebat. Symm. Theod. LXX Ies. XXI. 7. ἀκροάσαι ἀκρόασιν πολλὴν, attente omnia considerabat. Ad hunc locum
d Bielius: Ita λῆρον λῆρεῖς apud Aristoph. in Plut. v. 517. pro κατὰ λῆρον λῆρεῖς, et similes phrases Attice eodem modo usurpari observat Scholiastes ad eundem l. c. Falluntur ergo, qui tales Hebræis tantum receptas putant, quos inter Fesselius Adverss. Sacr. Lib. VIII. c. 5. p. 268. Confer et quæ contra illos observat Wolfius ad Liban.
e Epist. p. 21. — שְׁמוּעָ infin. *audiendo.* 1 Sam. XV. 22. sec. Compl. ubi ἀκρόασις æque ac ὑπακρόασις in Vat. *obedientiam* notat, *quæ præstatur voluntati divinæ,* et est i. q. ἀκοὴ in anteced. Coh. I. 8. οὐ πληρωθήσεται οὖς ἀπὸ ἀκροάσεως, nec auris audiet, h. e. eo, quod audit, repletur. Sir. V. 13. γίνου ταχὺς ἐν ἀκροάσει σου, coll. Jac. I. 19.

ΑΚΡΟΑΤΗ΄Σ, *auditor.* לַחַשׁ, *mussitatio, pronuntiatio, incantatio.* Ies. III. 2. συνετὸν ἀκροατήν. Significat autem h. l. ἀκροατὴς *oratorem disertum ac potentem,* qui facile potest movere animos hominum, atque ad partes suas perducere, adeoque quasi vim incantandi habet. Vide ad h. l. L. Bosium in notis. Sir. III. 32. οὗς ἀκροατοῦ ἐπιθυμία σοφοῦ, homine discendi et audiendi cupido delectatur sapiens. Cf. Prov. XXV. 12.

ΑΚΡΟΑ΄Ω, in med. ΑΚΡΟΑ΄ΟΜΑΙ, *audio, auscultο.* אָזַן Piel. et Hiph. הַאֲזִין *auscultο, attendo.* Symm. Job. XXXI. 11. — הַקְשִׁיב קֶשֶׁב, *attentione attendo.* Symm. Ps. CXLI. 8. Inc. Cant. VIII. 13. LXX Ies. XXI. 7. ubi vide supra
g ad v. ἀκρόασις notata.

ΑΚΡΟΒΥΣΤΕ΄Ω. Quanquam ἀκροβυστία *præputium* est et ἀκρόβυστος *præputiatus,* ut proinde ἀκροβυστεῖν videri posset potius significare *præputia relinquere* vel *inducere, βύειν τὸ ἄκρον, extremam membri virilis partem tegere,* tamen LXX Intt. ad imitationem Hebr. עָרַל hanc vocem contraria significatione acceperunt, ut
h sit *circumcidere* aut *præputium auferre,* q. d. *depræputiare.* עָרַל, *circumcido.* Aqu. Symm. Theod. Lev. XIX. 23. ἀκροβυστιεῖτε. Sermo autem ibi est non de hominibus, sed de arboribus, quibus tribuitur ἀκαθαρσία, h. e. rami inutiles, qui circumcidendi et amputandi erant. LXX usi sunt voce περικαθαρίζειν. Vulgatus transtulit: *auferetis præputia eorum.* Nobilius legendum conjicit ἀκροβυστιᾶτε, quod tamen non opus est, cum etiam ἀκροβυστιᾷ h. l. simpliciter sit τέμνειν aut περιτέμνειν τὸ ἄκρον.

ΑΚΡΟΒΥΣΤΙ΄Α, *præputium.* עָרְלָה, idem. Gen. XVII. 11. τὴν σάρκα τῆς ἀκροβυστίας, coll. v. 14. XXIV. 25. Lev. XII. 3. i. q. in aliis locis, Gen.

XVII. 23. ἀκροβυστία simpliciter, coll. Exod. IV. 25. 1 Macc. I. 17. ἐποίησαν ἑαυτοῖς ἀκροβυστίας, attrahebant s. reficiebant sibi præputium, quod uno verbo ἐπισπᾶσθαι dicitur 1. Cor. VII. 18. de qua voce conf. Lex. N. T.

dus. 2 Macc. X. 33. *ἄσμενοι.* Hesych. *ἄσμενοι, χαίροντες.*

'ΑΣΜΕ'ΝΩΣ, *cum gaudio, libenter.* 2 Macc. IV. 12. 3 Macc. III. 15. V. 21. Hesych. *ἀσμένως, μετὰ χαρᾶς, ἡδέως, εὐκτίως, προθύμως, ἑκουσίως.* Cf. Lex. N. T. s. h. v.

"ΑΣΜΟΔΑΙ'ΟΣ, *Asmodæus.* Est ipsa vox Hebr. אַשְׁמְדַי, *perdens*, a שָׁמַד, *perdo*, i. q. *ἀβαδὼν* (אֲבַדּוֹן) et Gr. *ἀπολλύων* (Apoc. IX. 11.), *ὀλοθρεύων.* Sap. XV. 25. In Targum Eccles. I. 12. vocatur מלכא דשורי, *rex dæmonum.* Conf. Buxtorf. Lex.

a Talmud. p. 237. et Lightfoot. Hor. Hebr. et Talm. ad Luc. XI. 15. Tob. III. 25.

*ΑΣΜΟΝΑΙΌΣ i. q. Μακκαβαῖος ex Hebraico חַשְׁמָן, coll. Arab. حاشم et حشيم, *magnas, optimas, magnus magnique famulitii vir*, a حشم. Conf. Eichhornii Introd. in Libros Apocryphos V. T. p. 217.

*ΑΣΟΦΟΣ, *insipiens*. חָכָם, *sa-*
b *piens*. Prov. IX. 8. sec. cod. Alex. ubi culpa librarii ἄσοφον positum est pro σοφὸν, quod reliqui libri habent.

ΑΣΠΑΖΟΜΑΙ, *saluto*. שָׁאַל, *rogo*. Job. XVIII. 15. ἠσπάσαντο αὐτὸν εἰς εἰρήνην, salutabant eum ad pacem, h. e. cum apprecatione pacis vel salutis. Quod hic est ἀσπάζεσθαι εἰς εἰρήνην, 1 Maccab. VII. 19. 33. est
c ἀσπάζεσθαι εἰρηνικῶς. 1 Sam. XXV. 5. sec. Compl. 2 Sam. VIII. 10. — שָׁאַל לְשָׁלוֹם, *rogo de pace*, i. e. *prosperitate*. Ex. XVIII. 7. Symm. Psalm. CXXI. 6. ἀσπάσασθε τὴν Ἱερουσαλὴμ, *precamini pro salute ac prosperitate urbis Hierosolymæ*.

ΑΣΠΑΛΑΘΟΣ, *aspalathus*, arbor parva, vel potius arbustum spinosum, flore rosæ redolens, præsertim
d apparente iride, uti tradit Plinius XII. 24. Aristot. Problem. sect. 12. n. 3. Sir. XXIV. 17. ἀσπάλαθος ἀρωμάτων, aspalathus aromaticus. Compl. ὡς πάλαθος, al. ὡς παλάθη. Vulg. *balsamum*. Forte legendum *aspalathum* s. *aspalthum*. Sed Syrus quoque *thymiama* habet. Vide Hoeschelium et Drusium ad h. l. Hesych. Ἀσπάλαθος, φυτὸν ἀκανθῶδες.
e Conf. Dioscoridem Lib. XV. c. 19.

ΑΣΠΑΛΑΞ, (in usu etiam est σπάλαξ.) *talpa*, secundum etymol. ita dicta a σπᾷν, h. e. *vellendo*, eo quod semper terram revellat et rostro fodiat. תִּנְשֶׁמֶת, *chamæleon*, etiam *noctua*. Lev. XI. 30. ac Deut. XIV. 21. sec. cod. Basil. in Hex. Hesych. ἀσπάλαξ, ζῶον ἐστερημένον ὄψεως. Apud eundem in v. Λὼτ post vocem Λώων, Ἀσπάλαξ exponi- f
tur: μῦς τυφλὸς, ὁ τὴν γῆν τρυπῶν. Vide et Hesych. in Σπάδαξ et Τυφλότερος ἀσπάλακος, ac Schol. Lycophr. Alex. 121. Adde Bocharti Hieroz. P. I. p. 1026. l. 71.

ΑΣΠΙΔΙΣΚΗ, *scutulum, parvum scutum*. מִשְׁבְּצָה, *funda annuli*. Ex. XXVIII. 14. (ubi intellegendæ sunt *fimbriæ aureæ, quibus vestis extrema ora* s. περιφέρεια *cingenda* g
erat.) XXXIX. 14. 17. Gloss. in Octat. ἀσπιδίσκους, σκουτάρια. ubi Bielius legere mavult ἀσπιδίσκας. Hesych. ἀσπιδίσκας, πελτάρια, σκουτάρια. ἢ περιφερὴς κόσμος ὅπλοις ἐοικώς. Adde Aristoph. Lysistr. v. 395. ubi vid. Schol. 1 Macc. IV. 57. ἀσπιδίσκαις. Vulg. *scutulis*. Syrus ܡܓܝܐ, Jul. Pollux Lib. 1. §. 143. habet quoque vocem ἀσπιδίσκος, sed alia h
significatione.

ΑΣΠΙΔΟΦΟΡΟΙ, *scutati, gestantes scutum*, seu *clypeum*. רָצִים, *cursores*. Theod. 2 Reg. XI. 4. 20. Erant scilicet רָצִים *satellites* ad mandata celerrimo cursu deferenda adhibiti, et reliquorum satellitum instar *armis instructi*, quibus ad tutamen corporis regii, aut ad exequendum regum jussa, aut alios i
trucidandos uterentur. Cf. *Celeres* regum Romanorum apud Livium I. 15. Vox ἀσπιδοφορέω legitur apud Schol. Aristoph. Nub. v. 984.

ΑΣΠΙΔΩΤΟΣ. קַשְׁקַשִׁים, *squamæ*. Symm. ac Theod. 1 Sam. XVII. 5. sec. duo codd. Coislin. et Regium. Sed legendum ibi est λεπιδωτόν. Certe Inc., quem Sym- k
machum esse arbitror, Ez. XXIX. 4. nomen קַשְׁקַשִׁים per λεπίδας transtulit. Male itaque vocabulum ἀσπιδωτὸς Montfauconius (e quo sua hausit Bielius) non solum in Lexicon suum transtulit, sed etiam La-

a tine reddidit *scutatus*, cum tamen ἀσπὶς sit *clypeus*, non *scutum*, et *lorica scutata* ne cogitari quidem possit. Ἡμισφαίρια λεπιδωτὰ memorantur a Longo Pastorall. I. p. 35. ubi vid. Mollius p. 30. seq.

ΑΣΠΙΛΟΣ, *sine macula*. זָךְ, *purus sum*. Symm. Job. XV. 15. Hesych. ἄσπιλος, ἄμωμος, παθαρός.

ΑΣΠΙΣ, *scutum*, *clypeus*, item
b *aspis*, *serpentis genus* ac *genus quoddam aspidum ab aliis distinctum*. אֶפְעֶה, *vipera*. Ies. XXX. 6. — צִנָּה, כִּידוֹן, *clypeus*, a בָּדַן, quod in l. Æthiop. notat *tegere*, *protegere*, *defendere*. Symm. Jos. VIII. 18. LXX 1 Sam. XVII. 6. 45. ἀσπὶς χαλκῆ, *scutum æreum*. Hesych. ἀσπὶς, ὅπλον πολεμικὸν, τὸ σκουτάριον. — מָגֵן, *scutum*. 1 Par. V. 18. Job. XV. 26. ἐν
c πάχει νώτου ἀσπίδος αὐτοῦ, in crassitudine dorsi scuti sui. Si lectio sana est, verba hæc LXX pendent ab Hebraico וַיָּרֹץ (*curret*, h. e. *impetum faciet*,) initio commatis, quod non prorsus incommodum, nec a textu Hebraico alienum esset. Bene enim scuto dorsum crassum ob formam ejus tribui potest. Non tamen plane silentio prætereundum est,
d Vulgatum verba hæc Alexandrinorum tanquam sententiam separatam accepisse, et ita transtulisse: *et pingui cervice armatus est*, ut adeo loco ἀστίβος αὐτοῦ legisse videatur ἀσπὶς αὐτοῦ, quod etiam bonum sensum gignit. Theodotionis versio h. l. cum impressa lectione LXX Intt. conspirat. Job. XLI. 7. — מַשְׁבֵּצָה, *funda annuli*. Exod.
e XXVIII. 13. ubi libri nonnulli ἀσπιδίσκας habent. — עָכְשׁוּב, *aspis*. Psalm. CXXXIX. 3. — פֶּתֶן, idem. Symm. Psalm. LVII. 4. Hebr. et LXX Deut. XXXII. 33. Job. XX. 14. Symm. et οἱ λοιποὶ Job. XX. 16. Adde Ies. XI. 8. — צִנָּה, *clypeus*, *scutum*. Jer. XLVI. 3. — צֶפְעוֹנִי, *basiliscus*. Ies. LIX. 5. — שַׁחַל, f *leo ferox*. Psalm. XC. 13. ubi fortasse nomina animalium noxiorum pro lubitu permutarunt, quanquam non ignoro, etiam alios interpretes veteres שַׁחַל h. l. de genere *serpentis* explicasse. Vide Bocharti Hieroz. P. II. Lib. III. c. 3. — שִׁלְמֵי, *pelta*. Ad 2 Par. XXIII. 9. Sap. V. 20. ἀσπὶς ἀκαταμάχητον, scutarium insuperabile. Inde in Gloss. MSS. τῆς Παναρίου: ἀσπὶς, σκουτάριον ἀλυσιδωτὸν, seu, ut Bielius g legendum conjicit: σκουτάριον ἁλυσιδωτόν. 1 Maccab. VI. 39. χρυσᾶς ἀσπίδας, coll. XIV. 24. et XV. 18. Hesych. Ἀσπίδα, σκουτάριον, seu, ut legendum est: σκουτάριον.

ΕΚΓΟΝΑ ΑΣΠΙΔΩΝ, *genimina aspidum*. יֶצֶג, *basiliscus*. Ies. XIV. 29. Quæ hic ἔκγονα ἀσπίδων, Matth. XXIII. 33. vocantur γεννήματα ἐχιδνῶν. — עָפְעֹנִי גָּמוּל, *basiliscus* h *ablactatus*. Ies. XI. 8. — שׁוֹרֵק, *prester*. Ies. XXX. 6.

ΑΣΠΛΑΓΧΝΕΩ, *immisericors sum*. אַכְזָר, *crudelis*, item *fortis*. Aqu. Theod. Job. XLI. 1. ἀσπλαγχνήσω. Olympiodorus in Catena Nicetæ pag. 584. habet ἀσπλαγχνίσῃ, cujus loco non tam ὑπὸπλαγχνήσωμαι cum Junio, quam ἀσπλαγχνίσωμαι rescribendum esse judicat Kreyssigius in Symbolis P. VI. p. 5. seq. i ob analogiam verbi simplicis σπλαγχνίζομαι, quod vide infra.

ΑΣΠΛΑΓΧΝΟΣ, *immisericors*, אַכְזָר, *crudelis*. Inc. Deut. XXXII. 33. κεφαλὴ βασιλίσκων ἀσπλαγχνος. Symmach. Prov. XVII. 11.

ΑΣΤΑΘΗΣ, *instabilis*, *inconstans*. 3 Macc. V. 39. τὴν ἀσταθῆ διάνοιαν αὐτῶν, sec. Alex. Ald. et Compl. *mentis ejus inconstantiam*: ubi reliqui libri ἄστατον habent. Hesych. ἀσταθῆ, ἀβέβαιον. Anthol. Epigr. Gr. Lib. I. p. 27. ἐν ἀστα-θέεσσιν αὔραις.

b *ΑΣΤΑΡΤΕΙ΄ΟΝ, *templum Astartes.* Vox hæc a Bielio omissa legitur 1 Sam. XXXI. 10. pro בֵּית עַשְׁתֹּרוֹת, *domus* seu *templum Astartes*, sec. Vat. ubi Ald. vitiose habet ἀσταρτίον. Schol. ibi: εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Ἀστάρτης. λέγουσι δὲ εἶναι αὐτὴν Ἀφροδίτην.

'ΑΣΤΑ΄ΡΤΗ, *Astarte*, Dea Sidoniorum. אֲשֵׁרָה, *lucus.* 2 Paral. b XV. 16. Scilicet אֲשֵׁרָה per metonymiam quoque sumitur pro *simulacro* s. *statua in luco erecta*, ac nonnullis interpretibus est *Astarte* Dea. — עַשְׁתֹּרֶת, quod proprie *ovem* notat, vel *ovium gregem*, (Deut. VII. 13.) deinde nomen *Dei Sidoniorum* est, vel quod idolum illud formam ovis haberet, vel quod Deus ille ovium gregibus peculiariter c invigilaret, eorumque curam haberet. Jud. II. 13. ubi in plurali ἀστάρταις. Inc. (Aqu.) 1 Sam. XXXI. 10. Aqu. 1 Sam. VII. 4. ubi vid. Montf. 1 Reg. XI. 5. Lex. Cyrilli MS. Brem. Ἀστάρτη, ἢ Θεός, ἢ σελήνη, καὶ νῆσος Αἰθιοπίας. Alii Venerem esse perhibent. Philo Byblius apud Eusebium Præp. Evang. I. c. 5. τὴν Ἀστάρτην Φοίνικες τὴν Ἀφροδίτην d εἶναι λέγουσι. Plura de hac Dea vide apud Bonfrerium in Jud. II. 13. p. 223. Seldenum de Diis Syris Synt. II. c. 2. Allatium not. ad Eustathii Hexæm. p. 814. seq. Ramirezium de Prado Pentec. c. 21. p. 132. seq. et in Hist. Crit. Reip. Liter. T. IV. p. 15. seq. — Vide alibi Ἄγαλμα.

'ΑΣΤΑΡΠΌ. Vide supra Ἄλσος.

*ΑΣΤΑΤΟΣ, *instabilis, inconstans.* e 3 Macc. V. 39. τὴν ἄστατον διάνοιαν, *mentis inconstantiam.*

'ΑΣΤΕΓΟΣ, *non tectus, sine tecto, qui domum non habet*, item, *qui continere nequit.* אֱוִיל, *stultus.* Prov. X. 9. ὁ ἄστεγος χείλεσιν, labiis non tectus, h. e. qui os patens habet, quod effutit, quidquid in buccam venit, qui os reprimere et commissa non tacere valet, i. q. φλύαρος apud Suidam, ac τροπετής, v. 14. — חָלָק, f *glaber, mollis.* Prov. XXVI. 28. στόμα ἄστεγον. Jaegerus in Obss. ad Prov. X. 8. interpretatur de *lubrico* (ita Vulgatus), cui lingua est ἐν ὑγρῷ, ut Theophrastus inquit Char. 7. Sed mihi vox hæc suspecta est, quia sermo est de *blandiloquo.* Num fortasse legendum est ἀστεῖον aut λεῖον ut h. l. reliqui interpretes habent. — מָרוּד, *exul*, a رود, *vagari*, g *huc illuc discursitare*, quam notionem sine dubio et olim habuit מָרַד. Ies. LVIII. 7. πτωχοὺς ἀστέγους εἴσαγε εἰς τὸν οἶκόν σου, pauperes, qui domus non habent, introducito in domum tuam. Hesych. Ἀστέγους, οἱ μὴ ἔχοντες οἴκους.

'ΑΣΤΕΙΌΣ, *urbanus, venustus.* בָּרִיא, *pinguis.* Jud. III. 17. ἀνὴρ ἀστεῖος σφόδρα, vir valde pulcher. h Bonfrerii conjectura in h. l. pag. 235. qui pro ἀνὴρ ἀστεῖος legendum putat ἀνὴρ σταιτὸς, *vir pinguedinis*, vel σταίτιος, *pinguis* et *adipatus*, non opus est. LXX enim בָּרִיא, quod *pinguem* notat, ἀστεῖος reddere potuerunt, quod *pingues pulchri* etiam esse soleant, certe vulgo habeantur. Conf. Gen. XLI. 2. ubi vaccæ *pingues* dicuntur etiam καλαὶ τῷ εἴδει. i — טוֹב, *bonus, pulcher.* Ex. II. 2. ἰδόντες δὲ αὐτὸ ἀστεῖον, videntes autem illum infantem pulchrum. Hesych. ἀστεῖον, καλὸν, ἢ πολιτικὸν, ἢ ἐπίχαριν, ἢ κεχαριτωμένον. Similiter Gloss. in Octateuch. ἀστεῖον, καλὸν, ἐπιχαρῆ (lege ἐπίχαριν), κεχαριτωμένον. — Judith. XI. 23. ἀστεία εἶ ἐν τῷ εἴδει σου, pulcra es aspectu tuo. 2 Macc. VI. 23. ὁ δὲ λογισμὸν ἀστεῖον ἀναλαβὼν, k quod Bielius transtulit: ille autem in cogitationem veniens *prudentem.* (Suidas: ἀστεῖος, εὐσύνετος, εὐπρόσωπος, χαρίεις, καλὸς, γελοιώδης. Vide et Alberti Gloss. Gr. in N. T. p. 68.) Bretschneiderus autem vertere mavult: hic vero *honestum* secutus consilium, scil. mortem potius subeundi, quam canum carne vescen-

a di, ut ἀστεῖος sit i. q. καλός, h. e. *honestus*. Xenoph. Cyrop. III. 3. 24. λαβεῖν ἐν ταῖς γνώμαις βιβαίως τοῦτο.

ΟΥ̓Κ ΑΣΤΕΙ ΟΣ, *non urbanus*, vel *regius*, vel *rectus*. יָרַט, *declino, diverto*. Num. XXII. 32. οὐκ ἀστεία ἡ ὁδός σου ἐναντίον μου, via tua non est recta coram me, h. e. *displicet mihi* tua vivendi ratio: ubi alii habent οὐκ εὐθεῖα, quod etiam reponendum

b esse h. l. judicat Dathius, præeunte Clerico, et consentiente Cod. Samaritano. Sed non opus est, nam ἀστεῖον h. l. est in universum *id, quod placet*. Vide sequens ἀστείως. Cæterum LXX bene h. l. sensum expresserunt, nam *declinavit hæc via coram me* est *mala est*, etc. interprete Seb. Schmidio.

ΑΣΤΕἸΩΣ, *urbane, civiliter, bene,*

c *scite, prudenter, honeste*. 2 Macc. XII. 43. πάνυ καλῶς καὶ ἀστείως πράττων. Perperam Bielius transtulit: bene, plane et *prudenter* agens. Rectius Vulgatus: bene et *religiose*, scil. de resurrectione, cogitans. Nam ἀστείως h. l. notat *convenienter voluntati divinæ*. Cf. v. 45. ubi idem factum ὁσία καὶ εὐσεβὴς ἡ ἐπίνοια dicitur. Eodem sensu venit

d Hebr. יָפֶה, Cohel. III. 5. ubi notat *id, quod sapienti Dei voluntati convenit et respondet*. Suid. ad 2 Macc. l. l. ἀστείως, πρεπόντως, φρονίμως.

*ΑΣΤΕΚΤΟΣ, *qui ferri, sustineri non potest, intolerabilis*, ex *a* privativo, et στέγω, *sustineo, tolero, suffero*. Orat. Manass. v. 5. ἄστεκτος ἡ μεγαλοπρέπεια τῆς δόξης σου, ferri non

e potest magnificentia gloriæ tuæ. Hesych. ἄστεκτος, ἀφόρητος, ἀβάστακτος.

ΑΣΤἨΡ, *stella*. כּוֹכָב, idem. Gen. I. 16. XV. 5. XXII. 17. XXVI. 4. et alibi sæpius. — כְּסִיל, *Orion*, nomen stellæ fixæ. Symm. Amos V. 8. ἀστέρας. — מְאוֹרֵי אוֹר, *luminaria lucis*. Ez. XXXII. 8. — *צְבָא, *exercitus, stellæ cœlestes*. Dan. VIII. 10. sec. Chis. f bis.

*ΑΣΤΟΧἘΩ. Dicitur hæc vox, a Bielio omissa, proprie de *iis, qui aberrant a scopo, qui non feriunt scopum*, et opponitur τῷ εὐστοχεῖν, sed deinde simpliciter est *discedere*. Sir. VII. 21. μὴ ἀστόχει γυναικὸς σοφῆς καὶ ἀγαθῆς, ubi Vulgatus: *noli discedere a muliere*, etc. h. e. *noli libellum repudii dare*. Ib. VIII. 11. g μὴ ἀστόχει διηγήματος γερόντων, semper adsis institutioni sapientum. Hesych. ἀστοχεῖ, ἀποτυγχάνει, ἁμαρτάνει.

ΑΣΤΡΑΓἈΛΕΙΟΣ, *talaris, ad talos demissus*. Alii explicant: *varius astragalis*, h. e. *intertextis panniculis, diversicolor*. — פַּסִּים, *institæ, limbi, fasciæ, quæ vestium oræ sunt assutæ*. Aqu. Gen. XXXVII. 2. h χιτῶνα ἀστραγάλειον, i. e. tunicam talarem, ut vertit Hieronymus, pro quo Codex Mosqu. habet στραγγάλων. Fischerus in Clavi Verss. GG. p. 29. putat Aquilam respexisse notionem, quam olim פַּס habuisse conjicit, ut significaret *talum*, et, ob figuræ similitudinem, *os* quoque *illud, quod extat ad carpum*, i. q. doceri potest partim e l. Chald. i partim e loco Dan. V. 24. Vide quoque Drusium in Fragm. p. 49.

ΑΣΤΡἈΓΑΛΟΣ, *spondylus, vertebra*, item *talus*. אַפְסָיִם, *tali*. Aqu. Symm. Theod. Ez. XLVII. 3. — פַּס: פַּסָא, Chald. *pars, talus*. Dan. V. 5. et 26. — פַּרְסָה, *ungula*. Zach. XI. 16. Hesych. ἀστράγαλον, τὸν σφόνδυλον, καὶ τὸ ὑποπόδιον τοῦ σκέλους. k

ΑΣΤΡΑΓΑΛΩΤὈΣ, i. q. ἀστραγάλειος, quod vide supra. פַּסִּים, *tali*. 2 Sam. XIII. 18. et 19. ubi cum καρπωτὸς in codd. permutatur, quod autem sine dubio est Aquilæ versio, ut jam Theodoretus observavit. Conf. L. Bosium in notis ad h. l.

ΑΣΤΡΑΠἨ, *fulgur*. בָּרָק, idem.

a Ex. XIX. 16. Deut. XXXII. 41. 2 Sam. XXII. 15. Adde Aqu. Theod. Job. XX. 25. — בָּזָק, *corruscatio.* Aquila sec. alteram ejus editionem et Symm. Ez. I. 14. — *שְׁבָבִים, *fragmenta ligni*, aut sec. Hieronymum *aranearum fila per aërem volantia.* Ed. Vta Hos. VIII. 6. παραπλησίως τῷ τῆς ἀστραπῆς ἰσχῷ ἀράχης. Semler. in Ep. ad Griesbach. p. 45. verba hæc scholion continere putat, ad participium ἐμβαίνων referendum, et hoc modo restituendum: παραπλησίως τῷ τῆς ἀστραπῆς, ἢ ἰσχῷ ἀράχης. Dathius in Opusc. p. 53. pro ἀστραπῆς reponere mavult ἀράχνης, eadem voce in fine omissa. Vide ad h. l. Kreyssigii Symb. P. V. p. 10. seq.

b

ΑΣΤΡΑ΄ΠΤΩ, *fulguro.* בָּרַק, c idem. Ps. CXLIII. 7. Præterea legitur 2 Sam. XXII. 15. et Psalm. XVIII. 11. ubi ἤστραψεν de suo addiderunt: certe ei nihil respondet in textu Hebraico. Non enim impetrare possum a me, ut credam, eos legisse בָּרַק ante בְּרָקִים. Fortasse tamen illud ἤστραψεν referendum est ad sequens רַב, *jaculatus est.* Sap. XI. 19. δεινοὺς ἀπ' ὀμμάτων d σπινθῆρας ἀστράπτοντας, *horrendas ab oculis scintillas emittentes.* Ita Vulgatus.

ΑΣΤΡΟ΄ΛΟΓΟΣ, *astrologus, qui ex astrorum supputatione futura prædicit.* חֹבֵר part. *contemplator, observator.* Ies. XLVII. 13. Diod. Sic. I. p. 17. 3.

ΑΣΤΡΟΝ, *astrum, sidus.* אוֹרִים גְּדוֹלִים, *luminaria magna.* Aqu. et e Theod. Ps. CXXXV. 7. ἀστρα. — בָּרָק, *fulgur.* Job. XX. 25. ubi pro ἄστρα δὲ, quod vitiose in cod. Rom. et adhuc vitiosius scriptum est in Alex. ἄνδρα δὲ, reponendum est ἀστραπαὶ ad fidem Cod. Syr. Hexaplaris. Sed fuit hic error antiquus, qui etiam effecit, ut quidam legerint, addita negatione: ἄστρα — μὴ περιστατήσαισαν. — *חַדְרֵי, *penetralia.* Hebr. Job. IX. 9. πάντα τὰ ἄστρα τὰ f κυκλοῦντα τὸν νότον. *Penetralia Austri* sunt h. l. *sidera in penetralibus Austri, quæ non videntur a Septentrionem inhabitantibus.* — כֹּוכָב, *stella.* Ex. XXXII. 12. Deut. I. 10. Neh. IV. 21. et alibi sæpius. — כּוֹכְבֵי בֹקֶר, *stellæ matutinæ.* Job. XXXVIII. 7. — צָבָא, *exercitus*, it. *stellæ.* Ies. XXXIV. 4. XLV. 12. — כְּסִיל, *Orion.* Symm. Amos g V. 8. — שְׁחָקִים, plur. a שְׁחָק, *nubes superiores.* Jer. LI. 9. ἕως τῶν ἄστρων, sensu eodem.

ΑΣΤΥΤΕΙ΄ΤΩΝ, *urbi vicinus, suburbanus*, item: *vicinus* in genere. 2 Macc. VI. 8. τὰς ἀστυγείτονας πόλεις. Verbum ἀστυγειτονίω legitur apud Æschyl. Suppl. v. 292.

ΑΣΥΛΙ΄Α, *inviolabilitas, sanctitas loci.* 2 Macc. III. 12. Vide Suidam h s. v. ἄσυλον. Æschyl. Suppl. v. 617. Joseph. A. J. XVIII. 9. 3. p. 907. ult.

΄ΑΣΥΛΟΝ, *asylum, locus inviolabilis.* 2 Macc. IV. 34. ἔτυσιν ἐκ τοῦ ἀσύλου προελθεῖν. Non enim opus est, ut ibi post ἀσύλου suppleatur τόπου.

΄ΑΣΥΛΟΣ, *sacrosanctus, inviolabilis, a violentia tutus.* *קָבַע, *configo.* i Prov. XXII. 23. ῥύσῃ σὴν ἄσυλον ψυχὴν, vitam tuam a Dei vindicis manu salvam et immunem conserves. Defendendi ac sospitandi notio suggesta est interpreti a קוֹבַע, *galea.* Vide ad h. l. Jaegerum. Aliter de hac versione judicat Michaëlis Supplem. p. 2116. 2 Macc. IV. 33. εἰς ἄσυλον τόπον. Hesych. ἄσυλον, ἀβλαβές. k

ΑΣΥ΄ΜΦΟΡΟΣ, *inutilis*, et per litotita, *noxius.* נֶתֶר, *nitrum.* Prov. XXV. 20. ὥσπερ ὄξος ἕλκει ἀσύμφορον, ubi ἀσύμφορον de suo addiderunt ad

a perficiendam sententiæ integritatem.

ΑΣΎΜΦΩΝΟΣ, *absonus, discors.* פָּלַג Pih. *divido.* Symm. Ps. LIV. 10. *ἀσύμφωνον ποίησον, fac dissonam.* Adde Dan. XIV. 15. sec. Chis. *μή τί σοι ἀσύμφωνον γεγένηται,* ubi *ἀσύμφωνον* videtur esse i. q. *ἄλλος.* Vide et Sap. XVIII. 10. *ἀσύμφωνος ἰχθρῶν ἡ βοή.* Adde Platon. de Rep. Lib.

b III. p. 402. D.

ΑΣΥΝΕΤΈΩ, *insipio, desipio, non intellego.* בָּגַד, *perfide ago.* Psalm. CXVIII. 157. *εἶδον ἀσυνετοῦντας:* ubi tamen Grabius Prolegg. in LXX Intt. T. IV. c. 4. §. 1. pro *ἀσυνετοῦντας* legendum censet *ἀσυνθετοῦντας,* quia non modo Aqu. Symm. et Theodot. hoc loco ita habent, sed et LXX sic vertisse indicio est Lati-

c na vox *prævaricantes* apud Vulgatum, quemadmodum quoque alias Hebr. בָּגַד *ἀσυνθετεῖν* reddiderunt. Vide hanc vocem suo loco. Itala: *pactum non servantes.* Sic et Hilarius et alii. Satis antiquam tamen esse lectionem istam *ἀσυνετοῦντας,* colligimus ex Augustino et Ambrosio, qui narrant quosdam codd. legere *insensatos, imprudentes.* Et ha-

d bet profecto hæc lectio, quo se defendat et tueatur: nam per usum loquendi SS. *ἀσυνετεῖν* commode de impietate explicari potest. Vide infra s. v. *ἀσύνετος.*

ΑΣΥΝΕΤΊΖΟΜΑΙ, *desipio, insipio, non intellego.* בָּעַר, *desipio.* Inc. sec. Cod. Mosqu. Jer. X. 8.

ΑΣΎΝΕΤΟΣ, *insipiens, amens.* אַבִּיר לֵב, *fortis corde.* Ps. LXXV.

e 4. *οἱ ἀσύνετοι τῇ καρδίᾳ.* Legerunt sine dubio אַבְרֵי לֵב, *qui amiserunt* cor, aut secundum Dathium in notis ad Psalter. Syr. p. 173. בַּעֲרֵי לֵב. — בַּעַר, *brutus, insipiens.* Aqu. Prov. XXX. 2. — כְּסִיל, *stultus.* Psalm. XCI. 6. Theod. Prov. XVII. 16. — נָבָל, idem. Deut. XXXII. 21. — סָכַל Pih. *stultum reddo.* Inc. 2 Sam. XV. 31. Sap. I. 5. *ἀσύνετος impium* notat, coll. Sir. XV. 7. 8. in

f quo posteriori loco *ἄνθρωποι ἀσύνετοι* et *ἀνδρες ἀμαρτωλοὶ* sunt vocabula synonyma. Solent enim ex usu loquendi Hebræorum verba *stultitiæ* ad *impietatem* transferri. Adde Sap. XI. 16. Sir. XXI. 20. Hesychius: *ἀσύνετος, ἄφρων.*

ΑΣΥΝΕΤΏΤΕΡΟΣ ΕἼΜΙ, *insipientior sum.* נָפַל, *cado.* Job. XIII.

g 2. *οὐκ ἀσυνετώτερος εἰμὶ ὑμῶν.* Non opus est statuere eos נָבָל legisse. Bene enim sensum verborum Hebr. expresserunt, quæ ita vertenda sunt: non sum inferior vobis, nempe sapientia ac prudentia. Symmachus bene *καταδίστερος.*

ΑΣΥΝΘΕΣΊΑ, *fœderis transgressio,* etiam *impietas.* מַעַל, *prævaricatio.* 1 Par. IX. 1. Esdr. IX. 2. 4. et X. 6. — עָשָׁה, *prævaricatio.*

h Symm. Ps. XXXV. 1. (ubi legit נְפָשָׁע vel עַל פֶּשַׁע) et Thren. I. 5. Præterea legitur apud Theod. Gen. III. 17. qui pro Hebraico בַּעֲבוּרֶךָ, *propter te,* posuit *ἐν τῇ ἀσυνθεσίᾳ σου,* propter *inobedientiam* tuam, ubi mihi sensum expressisse videtur. Montfauconius autem pro *ἐν τῇ ἀσυνθεσίᾳ* reponere mavult *ἐν τῇ* i *παραβάσει,* qua tamen conjectura commode supersedere possumus. Hesych. *ἀσυνθεσία, παράβασις,* Suidas: *ἀσυνθεσία, παράβασις συνθηκῶν.*

ΑΣΥΝΘΕΤΈΩ, *fœdus transgredior, perfide ago,* etiam *impie ago.* — בָּגַד, *perfide ago, prævaricor.* Psalm. LXXII. 15. *τῇ γενεᾷ τῶν υἱῶν σου ἠσυνθέτησας,* seu, ut e Vat. reponendum est, *ἠσυνθέτησα,* inique certe de k omnibus tuis cultoribus judicarem, seu: *impie in eos agerem.* Lex. Cyrilli MS. Brem. *ἠσυνθέτησας, παρέβης τὰς συνθήκας τὰς συγκειμένας.* Ita etiam Theodoretus. Suidas: *ἠσυνθέτησας, ἀ συνέθου καὶ ὡμολόγησας παρέβης.* Sic etiam Græci quidam co-

a dices Ps. LXXVII. 57. ἠσυνθέτησαν habent, quos secutus est Vulgatus vertens: *non servarunt pactum*, ubi tamen Hieronymus ad Suniam mavult LXX transtulisse ἠθέτησαν. Adde Aqu. Theod. Ps. CXVIII. 157. et Theod. Prov. XXIII. 28. — מַעַל, *prævaricor*. 1 Par. II. 7. ubi cum ἀθετεῖν in codd. permutatur. Esdr. X. 2. ἠσυνθετήσαμεν τῷ θεῷ b ἡμῶν, *perfide egimus* in Deum nostrum: pro quo Neh. XIII. 27. legitur ἀσυνθετῆσαι ἐν τῷ θεῷ ἡμῶν. Adde Esdr. X. 10. et Neh. I. 8.

ἈΣΥ'ΝΘΕΤΟΣ, *fœdifragus, fœderis transgressor et violator*. בֹּגֵד part. *perfide agens*. Jer. III. 8. 11. — בַּגּוֹדָה fœm. *perfida*. Jerem. III. 8. 10. Hesych. ἀσυνθέτους, μὴ ἐμμένοντας ταῖς συνθήκαις, μὴ συντεθει- c μένους. Suidas: ἀσυνθέτους, τοὺς ταῖς συνθήκαις μὴ ἐμμένοντας, ἃς ἂν πρός τινα συνθῶνται. Cf. Lex. N. T. s. h. v.

*ἈΣΥΝΘΗΚΕ'Ω, *fœdus frango, perfide ago*. שָׁקַר, *perfide ago*, item *non obediens sum*. Symm. Ies. LXIII. 8. πλὴν λαός μου εἰσὶν υἱοὶ ἀσυνθηκοῦντες. Montfauconius in notis ad h. l. monet fortasse in Symmacho legendum esse οὐκ ἀσυνθετοῦντες. d Prior conjectura recte se habet, nam illud οὐκ etiam additum reperitur apud Procopium in Commentario ad h. l. p. 727. Posterior vero ideo non arridet, quia partim receptam lectionem Procopii auctoritas tuetur, partim in verss. GG. V. T. multa vocabula nova et inusitata reperiri satis constat. Adi. ἀσύνθηκος occurrit apud Onosandrum Strateg. e c. 37. οὐκ ἀσύνθηκον ἐν σπονδαῖς εἶναι.

ἈΣΥΡΗ'Σ, *temerarius, scelestus, protervus, impurus, obscœnus*. Sir. XXIII. 14. ἀπαιδευσίαν ἀσυρῆ, *imperitæ* temeritati. Hesych. ἀσυρὲς, βδελυρὸν, προπετὲς, βλοσυρὸν, θρασύ. Idem: ἀσυρῆ, ἀκάθαρτα.

ἈΣΦΑ'ΛΕΙΑ, *securitas*. בֹּטֵחַ part. *confidens*. Prov. XI. 15. Legerunt מִבְטַח vel בֶּטַח, ubi recte simul monuit Jaegerus ἀσφάλειαν dici de f *quocunque genere securitatum, quibus cavetur creditori*, v. c. de pignoribus, syngraphis, fidejussoribus. — בֶּטַח, *confidentia*. Lev. XXVI. 5. Deut. XII. 10. — מָכוֹן, *basis*. Ps. CIII. 6. ubi ἀσφάλεια notat *id, quod securitatem præstat*, v. c. fundamentum firmum. — צֵל, *umbra*. Ies. XXXIV. 15. Loca umbrosa tutos homines præstant a solis radiis. — g שָׁקַט, *quiesco*. Ies. XVIII. 4. ἀσφάλεια ἔσται ἐν τῇ ἐμῇ πόλει, *securitas* erit in mea urbe. — תּוּשִׁיָּה, *essentia*. Prov. VIII. 13. ubi utraque vox *firmitatem animi* notat. 2 Macc. III. 22. μετὰ πάσης ἀσφαλείας, coll. XV. 1. et Lex. N. T. s. h. v. Hesychius ἀσφάλειαν interpretatur σωτηρίαν.

ἈΣΦΑΛΗ'Σ, *securus, tutus, certus*. h *אַיָּלוֹת, *cervæ*. Inc. Hab. III. 18. ἀσφαλεῖς. Respexit notionem *firmitatis* et *roboris*, quam verbum אוּל cum derivatis ex usu linguæ Arabicæ habet, ac loco אַיָּלוֹת sine dubio legit אֱיָלוּת. — כֵּן, *sic*, it. *basis*. Prov. XV. 8. Vide s. ἀσφάλεια et מָכוֹן. — מְאֻשָּׁר part. Pyh. *beatus*. Prov. III. 18. notione assumta e Chald. אשר. Vid. Buxtorf. in i voce. Sap. III. 18. ἀσφαλῆ βάσιν ἑδράσει, fundamentum *tutum* collocabit. Ib. VII. 23. XIV. 3. τρίβον ἀσφαλῆ, semitam *tutam* ac *securam*.

ἈΣΦΑΛΗ' ΤΙ'ΘΗΜΙ, *securum reddo, firmo*. עָזַן, *corroboro*. Prov. VIII. 28. ὡς ἀσφαλεῖς ἐτίθει πηγὰς, *cum fontes stabiliret*.

ἈΣΦΑΛΙ'ΖΟΜΑΙ, *securum reddo, munio*. אָחַן, *prehendo*. Neh. VII. 3. k ἀσφαλιζέσθωσαν, *muniantur*. — *אָמַץ, *firmus, robustus sum*. 2 Par. XXIV. 13. ubi sermo est de ædificio, ac ἀσφαλίζεσθαι notat *reficere, pristinæ integritati restituere*. — הֶחֱזִיק Hiph. *roboro, restauro*. Neh. III.

a 15. Adde Inc. Deut. XII. 23. Symm. 1 Reg. II. 1. — הַצְנִיעַ Hiph. *humiliter ago, me humilio ac demitto.* Theod. Mich. VI. 8. *ἀσφαλίζου.* Fortasse permutavit צָנַע et צָנַן, *custodire, asservare,* unde צְנָה *asservatio, protectio.* Vide etiam infra s. v. ἕτοιμος. — תָּמַךְ, *sustento.* Ies. XLI. 10. Sap. IV. 17. *εἰς τί ἠσφαλίσατο αὐτὸν ὁ κύριος,* quare illum b *tutum* (nempe a peccato et lapsu) *præstiterit* dominus, coll. X. 12. Ib. XIII. 15. *ἀσφαλισάμενος σιδήρῳ,* ferro *muniens.*

'ΑΣΦΑΛΩΣ, *secure, tuto, confidenter.* בֶּטַח. Gen. XXXIV. 25. ubi male Hieronymus transtulit *diligenter.* Notat *secure,* h. e. *sine periculo,* ut jam observavit Pearsonus in Præfat. Paræneticа, coll. Lev. c XXVI. 5. Tob. VI. 4. Ὡς *ἀσφαλῶς, tuto* repone. Sap. XVIII. 6. *ἀσφαλῶς εἰδότες, certo* scientes. 1 Macc. VI. 40. ubi *ἀσφαλῶς* Vulgatus per *caute* transtulit, Syrus autem per ܒܗܝܡܢܘܬܐ, *confidenter,* ut πεποιθότες vertit IX. 58. Sensu hæc parum differunt.

"ΑΣΦΑΛΤΟΣ, *bitumen.* חֵמָר, idem. Gen. XI. 3. (Schol. ad h. l. ὁ Σύρος d καὶ ὁ Ἑβραῖος ἄσβιστον φασι. καὶ τὴν ἄσφαλτον τινὲς τῶν διδασκάλων ἄσβιστον ἴφασαν εἶναι, ἀγνοοῦντες, ὡς εἰκὸς, τὰς ἐν τῇ Ἀσσυρίᾳ πηγάς. Diodorus: ἄσφαλτος εἰς οἰκοδομὴν ἄχρηστος, ἄσβιστος δὲ ἐπιτηδειοτάτη. Sed vide Theodoret. in Append. Quæst. 58.) XIV. 10. Ex. II. 3. — כֹּפֶר, *pix.* Gen. VI. 14. Confer Bocharti Phaleg. Lib. I. cap. 11. p. 45. seq.

e 'ΑΣΦΑΛΤΟΩ, *bitumino, pico.* כָּפַר, *pice oblino.* Gen. VI. 14. *ἀσφαλτώσεις αὐτὴν, picabis* illam. Hesych. *ἀσφαλτώσεις, πισσώσεις.* Conf. Bochartum l. c.

'ΑΣΧΗΜΟΝΕΩ, *deformor, deformis fio,* metaph. *indecore me gero, turpiter ago, pudefio.* חָפַר, *pudefio.* Symm. Ps. XXXIX. 15. — נִכְלַם, *erubesco.* Symm. Psalm. LXVIII. 7. *ἀσχημονήσαιεν.* — נִכְלָה Niph. f *vilesco.* Deut. XXV. 3. *ἀσχημονήσει ὁ ἀδελφός σου ἐναντίον σου,* ne a te *contemtim habeatur* frater tuus.

'ΑΣΧΗΜΟΝΟΥΣΑ, part. fœm. *quæ indecore se gerit.* עֲרִיָּה fœm. *nudata.* Ez. XVI. 7. 22. 38. XXIII. 29.

'ΑΣΧΗΜΟΝΗΣΙΣ, *opprobrium.* כְּלִמָּה, idem. Symm. Ps. LXVIII. 8. Quanquam Brunsius pro *ἀσχημόνησις* ex Usserii excerptis ex Cod. g Oxon. *ἀσχημοσύνη* protulit in Eichhorn. Repert. Bibl. et Or. Liter. T. XIII. p. 182., tamen lectio *ἀσχημόνησις* præferenda est. Nam hoc vocabulum, Græcis quidem scriptoribus ignotum, sed ab eodem Symmacho etiam Ps. XLIII. 16. usurpatum, ab *ἀσχημονέω* eodem jure derivari potest, quo v. c. *ἀγανάκτησις* et *ἀμφισβήτησις* ab *ἀγανακτέω* h et *ἀμφισβητέω,* atque alia ejusmodi nomina, quæ a verbis in *εω* desinentibus descendisse novimus. Vide infra *αὐχνησις.*

'ΑΣΧΗΜΟΣΥΝΗ, *turpitudo, pudor, pudenda, excrementa.* בֹּשֶׁת, *ala.* Inc. Deut. XXVII. 20. *ἀσχημοσύνην,* quam versionem Scharfenberg. ad h. l. glossis marginalibus annume- i randam esse censet, quibus loca obscura Vers. Alex. illustrantur collatione aliorum, ut sc. in mente habuerit interpres loca parallela Lev. XX. 11. et XVIII. 8. ubi in Hebr. עֶרְוַת legitur. Sed quia formulæ *retegere pallium* ac *retegere pudenda* sensu minime differunt, statui quoque potest, eum sensum exprimere voluisse. Reperitur præterea lectio *ἀσχημοσύνην* etiam in Cod. k Oxon. vers. Alex. — *מַעוֹר, *antrum,* it. *pudenda fœminarum.* Symm. Hab. II. 15. — עוֹר, *cutis.* Ex. XXII. 27. τοῦτο τὸ ἱμάτιον τῆς ἀσχημοσύνης αὐτοῦ: non male quoad sensum. — עֶרְוָה, *nuditas,* etiam

a *pudenda.* Aqu. Symm. Gen. IX. 22. ubi ἀσχημοσύνη de *pudendis marium* usurpatur, quemadmodum apud LXX Hos. II. 11. de *pudendis fœminarum* dicitur, ad similitudinem vocis Chald. קְלָנָא. Adde Ex. XX. 26. Lev. XVIII. 6. 7. Ez. XVI. 8. 35. — צֵאָה, *excrementum.* Deut. XXIII. 13. Sir. XXIX. 24. ubi hæserunt interpretes in explicatione b vocis ἀσχημοσύνη. Vide Bretschneiderum Spicil. p. 50. Mihi locus ita restituendus esse videtur: καὶ οἶκος καὶ ἱμάτιον καλὸν ἀσχημοσύνην. Ib. XXX. 12. Adde Platon. de Rep. Lib. III. p. 400. C.

Ἀσχήμων, *indecorus, probrosus, turpis.* נְבָלָה, *stultitia,* etiam *impie factum.* Gen. XXXIV. 7. ἄσχημον (sc. πρᾶγμα) ἐποίησεν, fecerat *rem* c *turpem,* h. e. *stuprum* commiserat. — עֶרְוָה, *nuditas.* Deut. XXIV. 1. εὕρῃκεν ἐν αὐτῇ ἄσχημον πρᾶγμα, quod aliquid in ea invenerit *inhonestum,* coll. Susann. v. 63. et Fesselii Advers. Sacr. Lib. II. c. 23. p. 163. Sap. II. 20. θανάτῳ ἀσχήμονι καταδικάσωμεν αὐτόν, ad mortem *probrosam* condemnabimus illum. Hesych. ἀσχήμον, ἐπονειδίστῳ θανάτῳ. 2 Macc. d IX. 2. ἀσχήμονα τὴν ἀναζυγὴν ποιήσασθαι, *probrosum* reditum parare.

Ἀσχολέομαι, *occupatus sum,* ab ἀσχολέω, *negotium facesso, occupo.* עָנָה, *distraho, occupo.* Symm. Coh. I. 13. Sir. XXXIX. 1. ἐν προφητείαις ἀσχοληθήσεται, in prophetiis *occupatus erit.*

Ἀσχολία, *occupatio, quum quis ita occupatus est, ut vacare non possit.* e עִנְיָן, *distractio, occupatio.* Symm. Cohel. I. 13. II. 26. IV. 8. V. 13. Sir. XL. 1. ἀσχολία μεγάλη ἔκτισται πᾶσι ἀνθρώπῳ, magni et continui *labores* parati s. destinati sunt omnibus hominibus. Hesych. ἀσχολία, ἐνδελεχισμός.

Ἀσωτεύομαι, *luxuriose vivo, omnia per luxum profundo,* it. *temulentia obruor.* פּוּק, *impingo, titubo.* Theod. Ies. XXVIII. 7. ἠσωτεύθη- f σαν. Ita enim scribendum est loco ἠσωθεύθησαν, ut vitiose excusum legitur in Hexaplorum ed. Montfauconii. Videtur autem mihi hæc vox non ad פָּקוּ, sed vel ad תָּעוּ, vel ad שָׁנוּ in antecedentibus referenda esse.

Ἀσωτία, *luxuria, intemperantia magna.* זָלַל, *epulo.* Prov. XXVIII. 7. πωμαίνει ἀσωτίαν: ubi fortasse legit זְלוּת. 2 Macc. VI. 4. τὸ μὲν γὰρ g ἱερὸν ἀσωτίας ἐπληροῦτο, templum luxuria repletum erat. Lex. Cyrilli MS. Brem. ἀσωτία, πορνία. Confer Lex. N. T. s. h. v.

Ἄσωτος, *luxuriosus.* סָרַר part. *refractarius.* Prov. VII. 11. ubi סָרַר notat *aberrare a tramite pudicitiæ, lascivire,* ἀφίστασθαι, ut Aqu. et Symm. transtulerunt.

Ἄτακτος, *inordinatus.* תֹּהוּ, h *inane.* Aqu. Deut. XXXII. 10. ubi non tam ἄταχτον *locum desertum* notat, ut nonnullis placuit, sed propriam notionem vocis Hebr. expressit, quæ *indigestum, indispositum* et *confusum* notat. 3 Macc. I. 16. ὁρμὴν ἄταχτον ἐν τῇ πόλει συνίσταντο, cursum *inordinatum* per civitatem faciebant.

Ἀτάκτως, *incomposite, inordi-* i *nate.* בְּשָׁגָעוֹן, *in amentia* s. *insania magna.* Symm. 2 Reg. IX. 20. כִּי בְשִׁגָּעוֹן יִנְהָג, quia in temeritate ducit, seu furiose incedit, insano impetu fertur: ὅτι ἀτάκτως ἄγει. Vulg. *præceps enim graditur.* Eodem fere sensu ἀτάκτως φέρεσθαι legitur in Heliodori Æthiop. Lib. X. c. 28. p. 506. ed. Schmid.

Ἀταξία, *inordinatio, confusio,* k *ubi nullus servatur ordo.* Sap. XIV. 26. γάμων ἀταξία.

Ἀτάρ δέ, *nunc autem.* כִּי־עַתָּה, *quia nunc.* Job. VI. 21. Hesych. ἀτὰρ δέ, πλήν, ὅμως δέ.

Ἀτάρ οὖν, *propterea igitur.* גַּם, *etiam.* Job. VII. 11. ἀτὰρ οὖν

a οὐδὲ ἐγὼ φείσομαι τῷ στόματι μου, propterea igitur neque ego parcam ori meo. Hesych. ἀτὰρ οὖν, διὰ τοῦτο οὖν. Homer. Il. Γ, v. 55. ἀτὰρ οὖν τίλος ἦεν μίθων.

ΑΤΑΡΑΧΟΣ, *perturbationibus non obnoxius, non turbatus, imperturbatus.* Esth. III. 13. VIII. 13. (79.) 2 Macc. XI. 23. Adde Marc. Anton. VII. 16. et Aristot. de Moribus III. 11.

b ΑΤΑΡΓΑΤΕΙΟΝ (Kircherus scribit ἀταργίτιον), *fanum Veneris* (quam Græci Ἀτάργατιν vocabant), alias ἀσταρτεῖον. 2 Macc. XII. 26. Vide Grotium ad 1 Macc. V. 43.

ΑΤΑΦΟΣ, *insepultus, inhumatus.* 2 Macc. V. 10.

c ΑΤΕΙΧΙΣΤΟΣ, *carens muro, muro non cinctus, male munitus.* אֵין חוֹמָה, *sine muro.* Prov. XXV. 29. πόλις ἀτείχιστος, *urbs muris carens*, aut: *male munita.* Confer Sturzii Lex. Xenoph. s. h. v. — מִבְצָר, *munitio.* Num. XIII. 20. ἢ ἐν τειχήρεσιν ἢ ἐν ἀτειχίστοις. Sed facta ibi est sine dubio transpositio verborum, et locus hoc modo restituendus erit: ἢ ἐν ἀτειχίστοις ἢ ἐν τειχήρεσι, ut ἀτείχιστος pertineat ad d מַחֲנִים, alterum vero ad מִבְצָר. — פָּרָזוֹן, *dux.* Aliis est *pagus magnus.* Symm. Jud. V. 11. ἀτείχιστοι. Vide quoque s. ἀτειχίστως. — פָּרָזִי, *paganus.* Aqu. Deut. III. 11. Symm. 1 Sam. VI. 18. Adde LXX sec. Oxon. Deut. III. 5. ubi sec. reliquos libros est nomen proprium τῶν φερεζαίων. Vide Vossium de Translat. p. 51. Legitur præterea e ἀτείχιστος apud Thucyd. I. 5. Strab. VIII. p. 548. C. XVI. p. 1130. C. Xenoph. Ages. II. 24.

ΑΤΕΙΧΙΣΤΩΣ, *absque muro.* פָּרָזוֹת, *pagi, qui sunt sine muris.* Symm. Zach. II. 4. ἀτειχίστως, quod adverbium nuspiam obvium in adjectivum ἀτείχιστος mutavit Kreyssigius Symb. P. VI. p. 8.

ΑΤΕΚΝΕΩ, *careo liberis, sum sterilis.* שָׁכַל, *orbo.* 2 Reg. II. 19. f ἡ γῆ ἀτεκνουμένη, *terra sterilis.* Vide et v. 21. Conf. Drusium Quæst. Hebr. Lib. II. c. 16.

ΑΤΕΚΝΙΑ, *carentia liberorum, orbitas, vita improlis.* שָׁכוֹל, *orbitas.* Ps. XXXIV. 14. ubi Aqu. ἀτέκνωσιν habet. Suidas ad h. l. ἀτεκνία, ἡ λύπη κ. τ. λ. Ies. XLVII. 9. ἀτεκνία καὶ χηρεία. Sap. IV. 1. Vulg. *casta generatio.* Legisse videtur ἀγνογονία. g

ΑΤΕΚΝΟΣ, *carens liberis, orbus, improlis.* מְשַׁכֶּלֶת, *abortiens.* Inc. Ex. XXIII. 26. Sed eodem jure ἄτεκνος ibi quoque referri potest ad sequens עֲקָרָה, *sterilis.* — עָרִירִי, *solitarius.* Gen. XV. 2. Lev. XX. 20. 21. ubi Schol. οὐ λογισθήσεται τὰ σπέρματα αὐτῶν εἰς τέκνα. Conf. Michaëlis Suppl. p. 1975. — שָׁכוּל part. Pah. *orbatus.* Ies. XLIX. 21. — שְׁכוּל, *verbale.* Jer. XVIII. 21. h

ΑΤΕΚΝΟΩ, *liberis orbo.* כִּשֵּׁל Pih. *impingere facio.* Ez. XXXVI. 14. ubi Mass. legunt שִׁשֵּׁל, ac LXX pariter ac Inc. (sine dubio Aquila) legit literis transpositis תְּשַׁכְּלִי. Conf. ad h. l. Cappellum in Notis Criticis p. 557. — שָׁכוּל, *orbatus.* 2 Sam. XVII. 8. Cant. IV. 2. et VI. 5. Adde Theod. Prov. XVII. i 12. — שָׁכַל, שִׁכֵּל, הִשְׁכִּיל Kal, Pih. et Hiph. Gen. XXVII. 45. ubi cum ἀπατεκνόω in Codd. permutatur. Ibid. XXXI. 38. XLII. 36. XLIII. 14. et alibi sæpius. Adde Inc. Int. (sine dubio Aquil.) Hos. XIII. 7. sec. cod. Barber. ubi loco ἀτεκνουμένη reponendum est ἠτεκνωμένη, judice Fischero in Clavi Verss. GG. p. 31. — מְשַׁכֵּל et Hiph. k הַשְׂכִּיל. Aqu. Jer. L. 9. מַשְׂכִּיל, *prudenter agens,* ἀτεκνῶν. Legit cum שׁ, a שָׁכַל, *orbus fuit.* Vulgatus: *interfectoris.* Præterea legitur apud

a Inc. Int. Ies. LIX. 11. ubi בַּדִּבִּים, *sicut ursi*, a τοῖς ἄλλοις translatum legitur ὡς ἄρκτος ἀτεκνουμένη, s. ἠτεκνωμένη, sine dubio ex aliis SS. locis, ubi hæc comparatio reperitur, si nempe nota hæc hexaplaris recte se habet. Sed desumta est hæc nota e male intellecto loco Eusebii, qui in Commentario ad h. l. scribens: καὶ ἐν ἄλλοις δὲ εἴρηται, ὡς ἄρκτος ἀτεκνουμένη, per τοὺς ἄλλους non reliquos, exceptis Alexandrinis, interpretes, sed ἄλλους τόπους, *alia* SS. *loca*, in quibus hæc loquendi formula occurrit, (v. c. Prov. XVII. 12. et Hos. XIII. 7.) intellexisse videtur.

b

ἈΤΕΚΝΩΣΙΣ, *orbitas liberorum*. שְׁכוֹל, idem. Aqu. Ps. XXXIV. 14. ubi LXX ἀτεκνίαν habent.

c ἈΤΕΛΕΙΑ, *immunitas a publicis vectigalibus*, vel *tributis*. 1 Macc. X. 34. σᾶσαι αἱ ἡμέραι ἀτελείας καὶ ἀφέσεως. Grotius ad h. l. exponit ἀτελείας, *ut eo tempore de rebus, quas secum ferrent, nullum penderent vectigal: ἀφέσεως, ne ob debitum capi possent*. Hesych. ἀτέλεια, ἀλειτουργησία.

ἈΤΕΛΕΣΤΟΣ, *imperfectus, immaturus*. Sap. III. 16. τέκνα δὲ μοιχῶν ἀτέλεστα ἔσται, liberi in adulterio nati e vita *ante tempus constitutum eripientur*; sequitur enim: καὶ ἐν παραλόγου γάμου σπέρμα ἀφανισθήσεται. Male itaque Baduellus h. l. per *βεβήλους, profanos*, interpretatus est. Vulg. *in consummatione erunt*. Ib. IV. 5. κλῶνες ἀτέλεστοι, rami *inconsummati*.

d

e ΠΑΝΑΤΕΛΕΣΤΑΤΟΣ, *valde impius*. 3 Macc. V. 28. ἀτελέστατον ἐβεβαίωσεν ὅρκον, *impium* interposuit jusjurandum. Facit huc glossa Suidæ: ἀτέλεστος, ἀμύητος, βέβηλος, ἀνοργίαστος, τελετὰς μὴ τετυημένος. Notat itaque hæc vox *hominem profanum, qui arceatur a sacris*, aut *non initiatus est mysteriis*, adeoque ad *impium* bene transferri potest.

ἈΤΕΛΕΣΦΟΡΗΤΟΣ, *ad perfectionem* vel *maturitatem non perductus, qui fructum maturum non fert*, a τελεσφορέω, *ad maturitatem perduco*. *בָּאֻשָּׁה, *herba fœtida, lolium*. Symm. Job. XXXI. 40. ἀτελεσφόρητα, ubi, veram vocis Hebraicæ notionem ignorans, genus posuisse videtur, aut intellexit de herbis, quæ ante tempus in putredinem abeunt. Vide Schol. Gr. in ed. L. Bosii ac vocem ἀτελής.

f

g

ἈΤΕΛΗΣ, *imperfectus, immaturus*. בְּאֻשִׁים, *uvæ fœtentes*. Symm. Ies. V. 2. ἀτελῆ. Sensum expressit: nam uvæ, quæ non ad maturitatem perveniunt, putrefieri solent. Sap. X. 7. ἀτελῆσιν ὥραις καρποφοροῦντα φυτὰ, arbores temporibus imperfectis fructus ferentes, h. e. immaturos fructus ferentes: ubi ὧραι ἀτελεῖς sunt *tempora frugum inchoata, sed non perfecta*. Vide ad h. l. Grotium.

h

ἈΤΕΝΙΖΩ, *intentis oculis aspicio*. שׁוּר, *contemplor*. Inc. Job. VII. 8. ἀτενιεῖ. Cod. Alex. οὐκ ἀτένιω. Legendum ἀτενίσω. 3 Esdr. VI. 28. ubi ἀτενίσαι, ut Lat. *videre*, seq. *ut*, est *curare, ut aliquid peragatur*. 3 Macc. II. 26. ἀτενίζοντας εἰς τὴν τοῦ βασιλέως πρόθεσιν, ubi ἀτενίζειν significat: *ab oculis ac voluntate alicujus pendere, se ad alicujus consilia ac vivendi rationem accommodare*. Hesych. ἀτενίζει, προσέχει, βλέπει. Conf. Lex. N. T. s. h. v.

i

ἌΤΕΡ, *absque, sine*. 2 Macc. XII. 15. ἄτερ κρεῶν. Est adverbium poëtis familiarius.

ἌΤΗ, *noxa, damnum, ærumna*. *מוֹקֵשׁ, *scandalum, laqueus*. Samar. Ex. X. 7. ἄτας. — מְשׁוֹאָה, *devastatio*. Aqu. Soph. I. 15.

k

ἈΤΙΜΑΖΩ, *ignominia afficio, contemno, vilipendo, dedecoro, it. vasto, depopulor*. בָּזָה, *contemno, sperno*. Prov. XIV. 21. ὁ ἀτιμάζων πένητα, qui amicum pauperem *contemnit*. Ib. XXX. 17. ἀτιμάζοντα γῆρας — בָּזָה, idem. 1 Sam. X. 27. ubi ἀτιμάζειν est *aliquem repudiare*,

a *ac regem agnoscere nolle.* Prov. XIV. 2. Ies. LIII. 3. Adde Jer. XXII. 28. — בְּזָיוֹן, *contemtus.* Esther. I. 18. — בַּמַּכְתֵּשׁ בַּעֲלִי, *in mortario cum pistillo.* Prov. XXVII. 22. ἐὰν μαστιγοῖς ἄφρονα ἐν μέσῳ συνδρίου ἀτιμάζων, ubi interpres suam explicationem similitudini suffecit. Fortasse legit בַּעַל חֲרָפוֹת — *נָזַל, *rapio.* Inc. Prov. XXVIII. 24.

b ἀτιμάζει. Semlerus conjicit legendum esse ἀρπάζει. Sed mihi sensum expressisse videtur. — דָּכָא Pih. *contero.* Prov. XXII. 22. μὴ ἀτιμάσῃς ἀσθενῆ ἐν πύλαις, non male quoad sensum. — הִכְלִים Hiph. *pudefacio.* Prov. XXVIII. 7. — *זָלַל, Hiph. הֵזִיל, *vilifacio, sperno.* Inc. Thren. I. 8. — *הֶחְפִּיר, *pudore afficio.* Symm. Prov. XIII. 5. —

c *נִבְלָם, *confusus.* 2 Sam. X. 5. ἠτιμασμένοι, sec. Vatic. — נָבַל Pih. *vilipendo.* Mich. VII. 6. — נָקַל Niph. a קָלַל, *vilis habeor.* Gen. XVI. 4. et 5. Adde 1 Sam. X. 30. ubi cum ἀτιμώω permutatur in codd. — הִקְלָה : נִקְלָה Niph. et Hiph. Deut. XXVII. 16. Ies. XVI. 14. — *עָהָה, h. l. *pecco, violo, lædo.* Esth. I. 16. sec. Alex. ἠτίμασεν, quod fortassis

d Josephus secutus est, qui rem sic narrat: οὐκ αὐτῷ μόνῳ γεγονέναι τὴν ὕβριν. Vide Ant. Jud. XI. 6. 1. — קָלוֹן, *ignominia.* Prov. XXII. 10. קִלֵּל Pih. *maledico.* Aqu. Symm. Theod. Ex. XXII. 28. Aqu. 2 Sam. VI. 22. ἀτιμάσεις. — שָׁאַט, *depopulor, sperno.* Ez. XXVIII. 24. 26. — שֹׁאַט, *depopulatio, contemtus.* Ez. XXXVI. 5. — שֹׁדַד, *devasto.*

e Prov. XIX. 26. Fortasse sono decepti expresserunt שֹׁאַט. — שָׁמַם, *desolo.* Ez. XXXVI. 3. — שָׁפֵל, *humilior.* Ies. V. 15.

'ΑΤΙΜΑΣΜΟ'Σ, *ignominia, infamia.* 1 Macc. I. 42. Drusio ad h. l. potius est *notatio* s. *ignominiosa damnatio, qua nimirum aliquis infamis fiebat.* Erat autem gravioris supplicii instar, quippe proxime aberat a capitis supplicio.

f 'ΑΤΙΜΑ'Ω, *nullo honore, immo ignominia afficio, contemno.* אֶבְיוֹן, *egenus, inops.* Ies. XXV. 4. ἐγένου τοῖς ἀτιμήσασι δι' ἔνδειαν σχίσῃ, sec. Ald. ubi lectio est aperte vitiosa; et vel legendum est ἠτιμασμένοις, vel, quod præfero, ἀθυμήσασι, ut reliqui libri habent.

g 'ΑΤΙ΄ΜΗΤΟΣ, *inhonoratus, contemtus, non pretiosus,* etiam *inæstimabilis, pretiosus, qui satis æstimari et in pretio haberi nequit.* Sap. VII. 10. οὐδὲ ὡμοίωσα αὐτῇ (sc. sapientiæ) λίθον ἀτίμητον, ubi nonnulli libri τίμιον habent, sed sensu eodem. 3 Macc. III. 23. οὐ μόνον ἀπεστρέψαντο τὴν ἀτίμητον πολιτείαν, non solum repudiarunt jus civitatis, *quod in summo pretio ab iis haberi debebat.* Eodem sensu Græcis φίλος ἀτίμητος

h dicitur. Etiam adjectivum ατιμον per πολύτιμον explicatur a Schol. Æschyl. in Agam. v. 421.

'ΑΤΙΜΙ΄Α, *ignominia.* בּוּז, *contemtus.* Job. XII. 21. — הַכְלִים infin. Hiph. Jer. VI. 15. — *חָבַשׁ, *obligo, constrictum teneo.* Job. XL. 8. τὰ δὲ πρόσωπα αὐτῶν ἀτιμίας ἐπλήσω. Loco חֲבוּשׁ legerunt הֲבוּשׁ.

i Male Bielius Trommium secutus hanc vocem retulit ad טָמוֹן, *absconditum,* ad quod potius pertinet ἔμπλησον.—כְּלִמָּה, et semel כְּלִיָּה, *ignominia, pœna ignominiosa.* Jer. XX. 11. LI. 51. Ez. XVI. 62. et alibi sæpius. — כְּלִמּוּת, idem. Jer. XXIII. 40. — מֻבְוָשׁ part. Hiph. a בּוּשׁ, *pudefaciens.* Prov. XIV. 37. Abstractum posuerunt pro concreto, quemadmodum XXVIII. 7. ἀσωτίαν pro ἀσώτους. — נִקְלֶה part. Niph. a

a קָלָה, *vilis.* Prov. XII. 9. ἐν ἀτιμίᾳ δουλεύων. — נְקַלָּה part. Niph. fœm. a קָלַל, *res levicula.* Theod. et LXX Jer. VIII. 11. עַל נְקַלָּה, *super levi,* h. e. tanquam rem levem et nullius momenti: ἐπ' ἀτιμίᾳ. Vulg. *ad ignominiam,* quia utramque notionem hæc vox habet. — קִי קָלוֹן, *vomitus, ignominiosus.* Hab. II. 16. — קָלוֹן, b *levitas, vilitas.* Job. X. 15. Psalm. LXXXII. 15. Prov. III. 35. — רָזוֹן, *macies.* Ies. X. 16. ἀποστελεῖ κύριος εἰς τὴν σὴν τιμὴν ἀτιμίαν. Libere verterunt, aut vere voci Hebr. hanc notionem tribuerunt. Conf. Castelli Lex. s. h. v. Sir. V. 13. δόξα καὶ ἀτιμία. Vulgatus, antecedente voce δόξα deceptus, cui haud raro τιμὴ addi solet in SS., vertens *gloria,* c loco ἀτιμία legit τιμή. Sir. XX. 26. ἀτιμία, *infamia, ignominia.* Ibid. XXII. 1. ubi ἀτιμία est *is, quem ignominiæ* s. *infamiæ causa omnes irrident.*

Ἄτιμος, *inhonoratus.* *בְּלִי שֵׁם, *sine nomine.* Job. XXX. 8. ἀτίμων. Ex sententia Cappelli loco בְּלִי legerunt בְּלִיַּעַל. Sed homo sine nomine est ἄτιμος. — נִבְזֶה part. Niph. d *spretus.* Ies. LIII. 3. — נִקְלֶה part. Niph. *vilis habitus, vilipensus.* Symm. Prov. XII. 9. LXX Ies. III. 4. — שֶׁקֶר, *falsitas.* Ies. LVII. 4. ubi loco ἄτιμον fortasse legendum ἄνομον. Præterea legitur ἄτιμοι καὶ πεφαυλισμένοι Job. XXX. 5. ubi rem expresserunt, non autem verborum propriam significationem, nam qui tanquam fures e societate hominum e expelluntur, illi sunt ἄτιμοι et πεφαυλισμένοι.

Ἀτιμόω, ομαι, *ignominia afficio, contemno, vilipendo, or, pudore confundor.* — בָּזָה *contemno.* 1 Sam. X. 27. ubi est *repudiare, regem agnoscere nolle.* Jer. XXII. 28. ἠτιμώθη ὡς σκεῦος, οὗ οὐκ ἔστι χρεία, ubi sine dubio legerunt: נִבְזֶה כָּעֶצֶב נָפוּץ. Ez. XVI. 58. XVII. 16. 18. 19. Abd. 2. ἠτιμωμένος σὺ σφόδρα, *contem-* f *tus tu valde.* Lex. Cyrilli MS. Brem. ἠτιμωμένος, ἐξουδενωμένος, ἠφανισμένος. — זֹלֵל, *levis.* Thren. I. 12. — *נָבַל, *cado.* Symm. Psalm. XVII. 46. Sensum expressit. — נִכְלַם Niph. 2 Sam. X. 5. Jer. XXII. 22. Ez. XVI. 53. — נְמִבְזָה, *contemptibilis.* 1 Sam. XV. 9. — נָקַל Niph. a קָלַל. 1 Sam. II. 32. ubi cum ἀτιμάζω permutatur in codd. — שׂוֹבָב, *aversus,* g *rebellis.* Jer. XXXI. 22. ἠτιμωμένη. Libere verterunt.

Ἀτιμώρητος εἰμί, *impunitus sum.* נָקָה Niph. *innocens sum.* Prov. XI. 21. XIX. 5. 9. et XXVIII. 20.

Ἀτίνακτα, *immota.* טוֹטָפֹת plur. *frontalia, schedæ memoriales.* Aqu. Ex. XIII. 16. (e conjectura scilicet Montfauconii, quem vide. Codices legunt εἰς ἰνακτὰ s. ἐνεκτὰ s. ἀνακτά.) Deut. VI. 8. Conf. s. v. h ἀσάλευτος.

Ἀτμὶς, *vapor, fumus, halitus, exhalatio.* הֶבֶל, *vanitas.* Symm. Theod. Psalm. LXI. 10. ubi libri nonnulli ἀτμὸς habent. Aqu. Cohel. I. 1. et XII. 8. — עָנָן, *nubes, nebula.* Lev. XVI. 13. Ez. VIII. 11. — *עָשָׁן, *fumus.* Inc. et LXX sec. Oxon. Ex. XIX. 18. ubi reliqui καπνὸς habent. Hos. XIII. 3. sec. Vat. de quo loco videndus Bochartus Hieroz. P. II. Lib. 4. c. 5. — i קִטּוֹר, *fumus.* Gen. XIX. 28. Vide et Sir. XXII. 27. XXIV. 18. XLIII. 5. — תְּמָרוֹת plur. *elationes* s. *omne quod in altum ascendit.* Joël. II. 30. Sap. VII. 25. ἀτμὶς γάρ ἐστι τοῦ θεοῦ δυνάμεως, *splendor* enim est virtutis Dei. Inde apud Hesychium et in Gloss. MSS. τῆς Παναρέτου: Ἀτμὶς, ἀπαύγασμα, πνοή. Apud eundem

a Hesychium ἀτμὶς exponitur ἀναθυμίασις, σπινθὴρ, ἀνάδοσις.

ἈΤΜΙΊΣ ΚΑΠΝΩ΄ΔΗΣ, *vapor fumosus.* עָשָׁן, *fumus.* Hos. XIII. 3.

ἈΤΜΟ΄Σ, idem quod ἀτμὶς, *vapor fumi et aura tenuis.* הֶבֶל, *vanitas.* Symm. Psalm. XXXVIII. 6. ubi tamen Symmacho ἀτμὶς tribuit Athanasius Alex. T. I. p. 1064. Symm. Theod. Psalm. LXI. 10.
b ubi Symm. certe ἀτμὸς transtulisse testis est Eusebius. Symm. Psalm. CXLIII. 5. Inc. Job. VII. 16. Symm. Cohel. I. 1. Aqu. Cohel. I. 14. IX. 9. Hesych. ἀτμὸς, ἡ ἐκ τοῦ ὑγροῦ ἀνάδοσις, ἢ καπνὸς, ἢ πνοή.

*ἈΤΝΑΙΊΝ. Vox hæc mire depravata legitur apud LXX Hex. 1 Sam. XIV. 48. ubi e versione Inc. reponendum est μεγάλην, cui tamen
c voci nihil in textu Hebraico respondet.

*ἌΤΟΜΟΣ, i. q. ἄτμητος, *insectus, non incisus.* Vox hæc reddenda est Siracidæ XXIV. 15. post λιβάνου e Vulgato, *quasi libanus non incisus.* Est enim duplex λίβανος, h. e. thus: prius vocatur ἄτομον, *non incisum,* sed indivisum, integrum; hoc primas tenet, adeoque masculum vo-
d catur. Posterius dicitur ἔντομον et τμητὸν, s. divisum et comminutum, ac sæpe cum alia re permistum. Confer Plin. XII. 14. Dioscor. I. 70.

ἈΤΟΝΕ΄Ω, *infirmus sum, deficio.* מָעַד, *vacillo.* Aqu. Psalm. XXV. 1. οὐκ ἀτονήσω. — דָּלַל, *attenuor.* Symm. Ps. LXXVIII. 8. Al. Ps. CXIV. 6. vel 8. ἠτόνησα.—פִּגֵּר Pih. *defectus*
e *sum viribus.* Aqu. 1 Sam. XXX. 10. ἠτόνησαν, *debiles fuerunt.* Lex. Vet. ἀτονῶ, *lasso, deficio.* Ἀτονία, *defectus.*

ἌΤΟΝΟΣ, *infirmus, languidus.* דַּל, *tenuis.* Aqu. Job. V. 16. ἀτόνῳ. Inde ἀτονία, quæ juxta Hesychium est ἀδυναμία, *impotentia.* Athen. III. p. 79. F. Hippocr. de Aëre p. 292. 17.

ἈΤΟΝΟ΄Ω, *nutare facio.* הִמְעַד Hiph. idem. Aqu. Psalm. LXVIII. f
24. ἀτόνωσον.

ἈΤΟΠΊΑ, *inconvenientia, absurditas,* etiam *impie factum, peccatum adversus legem.* Judith. XI. 12. ubi ἀτοπία est i. q. ἄτοπον πρᾶγμα s. ἔργον, peccatum adversus legem. Sermo enim ibi est de alliciendis Judæis ad legis Mosaicæ violationem. Dio Cass. pag. 56. ed. Reim. δεινότης καὶ ἀτοπία, acerbitas et iniquitas pro- g
scriptionis Sullæ. Vide Lex. N. T. s. v. ἄτοπος. Hesych. ἀτοπία, αἰσχρότης, πονηρία.

ἌΤΟΠΟΝ, τὸ, sc. ἔργον, *opus inconveniens, malum, turpe, iniquum,* et in plur. τὰ ἄτοπα, sc. ἔργα. אָוֶן, *iniquitas, vanitas.* Job. IV. 8. XI. 11. XXXVI. 21. φύλαξαι, μὴ πράξῃς ἄτοπα, cave, ne iniqua facias. Gloss. MSS. in Job. ἄτοπα, πονηρὰ, χαλεπά. h
Vide Bibl. Coisl. pag. 503. Prov. XXX. 20. οὐδὲν φησὶ πεπραχέναι ἄτοπον, nihil *mali* se fecisse ait. 2 Macc. XIV. 23. et Luc. XXIII. 41. Lexicon Vet. Gr. Lat. ἄτοπος, *facinorosus.* Idem: ἀτόπημα, *flagitium, facinus.* Hesych. ἄτοπα, πονηρὰ, αἰσχρά. Idem: ἄτοπα, ξένα, ἐνίοτε δὲ ἄτοπον τὸν δεινὸν καὶ ἔκθεσμον, καὶ παρηλλαγμένον, ἢ καὶ πονηρὸν, καὶ αἰσχρὸν λέγει i
καὶ χαλεπόν. — שָׁוֵא, *falsitas, vanitas.* Job. XXXV. 13.

ἌΤΟΠΑ ΠΟΙΕ΄Ω, *absurda facio, impie ago.* הִרְשִׁיעַ Hiph. *improbe ago.* Job. XXXIV. 12.

ἌΤΟΠΑ ΠΡΑ΄ΤΤΩ, idem. חָרַף, *exprobro, probrose ago.* Job. XXVII. 6. ἄτοπα seu ἄτοπον πράξας. Libere transtulerunt.

*ἈΤΟΧΕΥ΄Ω. LXX sec. Compl. k
Lev. XIX. 19. pro Hebr. הִרְבִּיעַ, *accumbere* seu *coire facio,* οὐκ ἀτοχεύσεις. Sed reponendum ibi est οὐ κατοχεύσεις, uti reliqui libri habent. Vitium hoc ortum est ex continua scribendi ratione.

ἌΤΡΑΚΤΟΣ, *fusus, colus,* dictus

a quasi ἀτάρακτος, quia ἀεὶ ταράσσεται, sec. Phavorinum. פֶּלֶךְ, idem. Prov. XXXI. 19. Aqu. 2 Sam. III. 29. ubi vid. Montf. Etym. M. Ἄτρακτος, κυρίως γυναικεῖον ἐργαλεῖον, ἐφ' οὗ τὸ νῆμα περιειλεῖται. Vide et Suidam in ἄτρακτον.

*ἈΤΡΑ'ΠΕΛΟΣ, *qui difficulter moveri potest, durus, morosus.* Legitur Job. XXXIX. 9. ubi LXX b sec. cod. Alex. habent ἀτράπελος μονέκερως, et huic voci nihil respondet in textu Hebraico. Adde Schol. Soph. Aj. v. 939.

ἈΤΡΑΠΟ'Σ, sc. τρίβος vel ὁδὸς, *semita, via trita, non habens diverticula, sed recta,* metaph. *agendi ratio.* — הֲלִיכָה, *ambulatio, incessus.* Job. VI. 19.—מַעְגָּל, *orbita.* Symm. Psalm. XXII. 3. — נְתִיבָה, *semita.* c Tetrapla Job. XIX. 8. Symm. ib. XXXVIII. 20. LXX Jud. V. 6. Job. XXIV. 13. — שְׁפִי, *clivus.* Syrus Jer. XII. 12. Vulg. *vias.* Sc. שְׁפִי notat quoque *terram planam, planitiem,* coll. Arab. سغي, *rasit,* et Syr. ܫܦܐ, *complanavit.* Sap. V. 10. ἀτραπὸν τρίβον. Sir. V. 11. ἐν πάσῃ ἀτραπῷ, h. e. noli te accommodare ad omnes homines. Hesy- d chius: ἀτραπὸς, ὁδὸς τετριμμένη, μὴ ἔχουσα ἐκτροπὰς, ἀλλ' εὐθεῖα.

ἈΤΡΕΠΤΟΣ, *immutabilis, immotus.* הֶאֱמִין Hiph. *credo, fidem habeo,* Symm. Job. XV. 15. ἄτρεπτος, h. e. perfecte sanctus, qui nunquam a virtutis tramite deflexit.

*ἈΤΡΥ'ΓΗΤΟΣ, *fæce carens, purus,* i. q. ἄτρυγος. זַךְ, *purus.* Exod. XXVII. 20. sec. cod. Alex. ubi re- e liqui libri ἄτρυγον habent.

ἈΤΡΥΓΟΣ, *defæcatus, purus.* זַךְ, idem. Exod. XXVII. 20. ἔλαιον ἐξ ἐλαιῶν ἄτρυγον, καθαρὸν, oleum ex olivis, sine fæce, purum. Hesych. Ἄτρυγον, καθαρὸν, μὴ ἔχον τρύγα. Conf. Spanhem. ad Aristoph. Plut. v. 1087.

ἈΤΡΩΤΟΣ, *invulneratus, illæsus,* it. *qui vulnerari nequit, inviolabilis.* 2 Macc. VIII. 36. X. 30. Dicitur f quoque ἄτρωτος metaphorice *crudelis, sævus, qui omnem humanitatem exuit.* 3 Macc. V. 47. ἀτρώτῳ καρδίᾳ, *immiti corde.* Syrus bene: ܟܠܒܐ ܟܬܝܐ, *corde duro.*

ἈΤΤΑ'ΚΙΣ et

*ἈΤΤΑΚΟ'Σ, *attacus, e reptilium genere.* Species *locustæ* (ἀπὸ τοῦ ἄττειν, a *saliendo* dictæ) etiam Rabbinorum sententia, sed quænam ea g sit, et quod hujus a brucho et aliis discrimen, prorsus ignotum est, maxime cum vox Hebr. סָלְעָם, cui Lev. XI. 22. (ubi Compl. ἀττακὸν habet) respondet, non amplius reperiatur. Rabbini nonnulli eam deducunt a סֶלַע, *lapis,* et עָמַם, *abscondere,* quasi: *quæ se abscondat sub lapidibus.* Auctor Thesauri L. Gr. suspicatur, eam eandem esse cum ἀττέλαβος. Vide Bocharti Hie- h roz. P. II. Lib. III. pag. 449. ac Sturz. de Dial. Alex. p. 70.

ἈΤΤΕ'ΛΑΒΟΣ, *locusta.* אַרְבֶּה, idem. Nah. III. 17. ubi verba ὡς ἀττέλαβος Gravio in Comment. ad h. l. pag. 54. ex sequenti versu ab interpolatore, versionem ad textum Hebr. recensente, huc translata videntur, ut in eorum locum iterum insereret ὡς ἀκρίς. Gloss. MS. in Proph. et Lex. Cyrilli MS. Brem. Ἀττέλαβος, εἶδος κνωδάλου, ἤτοι ἀκρί- i δος, ζώου λεπτοῦ. Conf. Bochart. Hieroz. P. II. Lib. III. pag. 448. Hesych. ἀττέλεβος, ἀκρὶς μικρά. καὶ εἶδος κνωδάλου, ζώου μικροῦ καὶ λεπτοῦ, καὶ ἀκρίδος.

a VII. 9. LXX Job. XXXVII. 23. Prov. XI. 18. ubi *δικαίων* ob textum Hebr. a neutro *δίκαια* deducendum erit, ut sit *recte factorum*. Conf. ad h. l. Jaegerum. Ies. V. 23. — *רָשׁ, *pauper*. Prov. XIII. 23. *δικαίων*. Num legerunt יוֹשְׁרִים? quæ fuit Jaegeri ad h. l. conjectura. Vix putem. Potius nomina, quæ *paupe-* l *res* et *indigentes* denotant, haud raro in SS. notionem pietatis et justitiæ adjunctam habent, quemadmodum e contrario *divitibus* et *opulentis* injustitia et impietas tribuitur, v. c. Cohel. V. 13. Prov. XVIII. 23. Conf. quoque s. רָעֵב in seq. — רָעֵב, *famelicus*. Job. V. 5. *δίκαιοι ἔδονται*, justi nempe esurientes aut famelici comedent. Non male quoad sensum. Idem quoque c in aliis SS. locis traditur. — רָשָׁע, *improbus*. Prov. XI. 7. ubi fortasse לֹא רָשָׁע legerunt. Vide tamen ad h. l. Jaegerum et Lex. N. T. s. v. *δίκαιος* n. 11. ubi docui, *δίκαιον* quandoque notare *reum*, *pœna dignum*. — שָׁלֵם, *perfectus*. Prov. XI. 1. *στάθμιον δίκαιον*. — שֶׁקֶר, *falsitas*. Prov. X. 19. *χείλη δίκαια*, ubi Grabius recte *δίκαια* in *ἄδικα* mutasse d videtur, coll. XVII. 4. ubi pro *δίκαιος* alii habent *ἄδικος*. Vide tamen ad h. l. Jaegerum. Præterea legitur Job. XXIV. 4. ubi LXX *δικαίας* de suo addiderunt, et *ὁδὸς δικαία* non est *via virtutis*, sed *via justitiæ*, *ὁδὸς δικαιοσύνης*. Prov. X. 17. *δικαίας*, cui nihil respondet in textu Hebraico, videtur merum scholion esse ad vocem לְחַיִּים pertinens. Prov. XIX. e 22. *δίκαιος* additum est a LXX propter adjunctum alteri membro כָּזָב. Ps. XXXIII. 17. LXX *δίκαιοι* bene ac apposite suppleverunt. Hoc enim voluit Davides dicere, et sic quoque reddidit Chaldæus. Conf. Buxtorfii Anticrit. p. 614. Ps. II. 12. *δικαίας* e scholio profluxit. Sap. XIV. 30. *τὰ δίκαια*, *justæ pœnæ*. Sap. XIX. 16. *δικαίων*, neutre, *juribus*. Vulg. *justitiis*. Sir. f XXIV. 41. *μεθύσω μου τὴν τραπεζὰν τὴν δικαίαν*, sec. Compl., inebriabo areolam meam *fœcundam*. Antea dixerat *τὸν κῆπον τὸν ἄριστον*. Sap. XVIII. 7. *δίκαιοι* dicuntur *Israëlitæ*, h. e. Jovæ seu veri Dei *cultores*, quibus opponuntur *Ægyptii idololatræ*. Sap. II. 12. coll. v. 13. 16. *δίκαιος* et *δίκαιοι* dicitur gens Judæa unice pia illa, quoniam sola verum g Deum colit. Tob. XIV. 9. coll. v. 11. ubi *δίκαιος* est *benignus*, *beneficus*. 1 Macc. XI. 33. *τὰ πρὸς ἡμᾶς δίκαια*, *leges ac conditiones fœderis inter nos constituti*. 2 Macc. XIII. 23. *τὰ δίκαια*, *leges*, *statuta*, *jura*. Ib. XI. 14. XIX. 6. *τῶν δικαίων*, h. e. *juris civitatis*, coll. Dionys. Hal. X. 30. T. IV. p. 2068. ed. Reisk. *τὰ δίκαια τοῦ δήμου*, populi *privilegia*. h

ΔΙΚΑΙΟΣ ΑΝΑΦΑΙΝΟΜΑΙ, *justus appareo*. צָדַק, *justificor*, *justus sum*. Symm. et LXX Job. XIII. 18. XL. 3.

ΔΙΚΑΙΟΝ ΑΠΟΦΑΙΝΩ, *justum declaro*. צְדֵק: הַצְדִּיק, Pih. et Hiph. Job. XXVII. 5. XXXII. 2.

ΔΙΚΑΙΟΣ ΕΙΜΙ, *justus sum*. צָדַק idem. Job. IX. 2. 15. 20. ubi *δίκαιον εἶναι* est non tam *justificare* i *se*, quam *justificare se velle*. Vide infra s. v. *εἰμί*. Ibid. X. 15. XV. 14. XXV. 4.

ΔΙΚΑΙΟΝ ΚΡΙΝΩ, *justum judico*, *absolvo*. הַצְדִּיק. Prov. XVII. 15. *ὃς δίκαιον κρίνει τὸν ἄδικον*.

ΔΙΚΑΙΑ ΝΕΜΩ, *annuo justa*. הֵישִׁיר נֵגֶד Hiph. *recta respicio coram*. Prov. IV. 25. *τὰ δὲ βλέφαρά σου νευέτω δίκαια*; accommodate seriei k orationis.

ΟΙΟΜΑΙ ΔΙΚΑΙΟΣ ΕΙΝΑΙ, *puto me justum esse*. צָדַק. Job. XI. 2.

ΤΑΡΑΤΤΩ ΤΟ ΔΙΚΑΙΟΝ, *turbo*, *perverto justum*. עָוֶל, *improbitas*. Job. XXXIV. 10.

a *ΔΙΚΑΙΟΝ ΦΑΙΝΕΣΘΑΙ, *justum sibi videri.* צָדִיק. Symm. Job. XXXII. 1. Bene ac seriei orationis convenienter. Vulgatus: *eo, quod justus sibi videretur.*

ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ, *justitia, rectitudo, integritas, veritas, pietas, benignitas.* אֱמֶת, *veritas, pietas.* Gen. XXIV. 49. Ies. XXXVIII. 19. Dan. VIII. 12. et IX. 13. sec. Chis. — הַשְׂכֵּל,

b *intellegentia.* Prov. XXI. 16. πλανώμενος ἐξ ὁδοῦ δικαιοσύνης. Recte ex usu loquendi Salomonis, maxime in Proverbiis. — חֶסֶד, *benignitas, pietas.* Gen. XX. 13. ταύτην τὴν δικαιοσύνην ποιήσεις ἐν ἐμοί, hanc *benignitatem* mihi exhibeas. Ibid. XXI. 23. Ex. XV. 13. — *מָדוֹן, *contentio.* Prov. XVII. 14. Jaegerus ad h. l. conjicit legendum ἀρχὴ διαδικασίας,

c *initium litigii.* Ego mallem legere δικασίας, quod propius ad receptam lectionem accedit. — מֵישָׁרִים plur. *rectitudines.* 1 Par. XXIX. 17. — מִשְׁפָּט, *judicium.* Prov. XVI. 12. δικαιοσύνη παρὰ θεῷ, Deo est res sacrosancta, quam a nemine impune violari vult. Ies. LXI. 8. Mal. II. 17. — נְקִיּוֹן, *munditia.* Genes. XX. 5. ἐν δικαιοσύνῃ χειρῶν. — פִּי אִישׁ,

d *os viri.* Prov. XIII. 2. ἀπὸ καρπῶν δικαιοσύνης. Bene quoad sensum. — פֶּתִי, *simplicitas.* Prov. I. 22. — צַדִּיק, *justus.* Ps. LXXI. 7. Legit צֶדֶק, aut abstractum positum est pro concreto. Prov. II. 20. XI. 21. 30. — צֶדֶק, *justitia.* Psalm. IX. 4. ὁ κρίνων δικαιοσύνην, *juste* judicans. Ps. XIV. 2. ἐργαζόμενος δικαιοσύνην, operam dans justitiæ s. *sanctitati*, h. e.

e recte agens. Conf. Act. X. 35. Ps. XVI. 1. Symm. et LXX ἰσάκουσον, κύριε, δικαιοσύνης μου: ubi δικαιοσύνης retulerim potius ad κύριε, quam ad ἰσάκουσον. Conf. Aqu. et Ps. IV. 1. Contrarium statuisse videtur Suidas, qui ad h. l. respiciens habet: Δικαιοσύνη, καὶ ἡ τέλεια ἀρετὴ, καὶ ἡ δικαία αἴτησις, ὡς ὁ ψάλλων· ἰσάκουσον, κύριε, δικαιοσύνης μου. — צְדָקָה, *justitia.* Inc. 2 Sam. XIX. 28. ἐκ χειρὸς f τίνος ἔσται μοι ἔτι δικαιοσύνη; a quo mihi speranda est *justificatio?* Aliter Vulgatus: *quid ergo habeo justæ querelæ?* Vide infra s. v. δικαίωμα. LXX Gen. XVIII. 19. ποιεῖν δικαιοσύνην καὶ κρίσιν, facere quod *rectum* et justum est. Vide et 2 Sam. VI. 16. Psalm. CXVIII. 120. Ies. LVIII. 2. Deut. IX. 4. διὰ τὰς δικαιοσύνας μου, propter *pietatem* g meam. Psalm. CXI. 3. οὗ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα, æternos *beneficentiæ* suæ fructus percipiet. Quod hic est δικαιοσύνη, Sir. XL. 19. dicitur ἐλεημοσύνη, et LXX alias צְדָקָה ἐλεημοσύνην reddere solent. Vide Lex. N. T. s. h. v. Joël. II. 23. ἔδωκεν ἡμῖν βρώματα εἰς δικαιοσύνην, dedit nobis cibos in *benignitate*, h. e. *benigne et large.* Conf. Vorstii h Philol. Sacr. P. I. c. 2. Amos VI. 12. καρπὸν δικαιοσύνης, fructum *rectitudinis*, h. e. fructum *rectum, verum* et *genuinum.* Mal. IV. 2. ἥλιος δικαιοσύνης, h. e. sol *verus*, qui vere ita dici meretur. Germanice diceres die rechte, die wahre Sonne, *the real, true Sun.* Confer supra s. v. ἀληθινός. — *רַחֲמִים, *misericordia.* Dan. IX. 7. sec. cod. Chis. — *רַעֲנָן, *viridis.* Ed. Sexta Ps. XXXVI. 35. i ubi δικαιοσύνη *statum felicem ac prosperum* e notione δικαίου, *quod tale est, quale esse debet*, significare mihi videtur. Fieri tamen quoque potuit, ut auctor hujus versionis רַעֲנָן sensu metaphorico acceperit, ut sit *pius, probus.* Conf. Lex. N. T. s. v. ὑγρός. — תָּמִים, *integritas.* Jos. XXIV. 14. Sir. XVI. 22. ἔργα δικαιοσύνης, justitiæ divinæ seu *justæ vindictæ* divinæ exempla. 1 Macc. II. 29. multi, qui crudelitate regis

a Antiochi prohibiti erant legem Mosaicam rite observare, dicuntur in desertum fugisse ζητοῦντες δικαιοσύνην καὶ κρῖμα, h. e. ut secure possent operam dare *institutis* et *legibus Mosaicis*. Conf. Matth. III. 15. et ibi Theophylactum. Sap. V. 18. est *justitia forensis*, coll. II. 11. et VI. 4. Sap. I. 15. δικαιοσύνη pro δικαιοσύνην ποιοῦντες, *virtuti* s. *probitati studentes*, coll. Joh. XI. 25. et Luciano Amor. T. II. p. 404. ed. Reitz. ubi παιδείας ὄχλος est turba *eruditorum*. Sap. XIV. 7. γένηται δικαιοσύνη, *verus Dei cultus* servatus et popagatus est, coll. v. 8. Alii de *justa mercatura* intellegunt. Tob. XIV. 11. δικαιοσύνη, *beneficentia, liberalitas*, ubi cum ἐλεημοσύνη permutatur. Tob. II. 14. δικαιοσύναι, *beneficia*, i. q. ἐλεημοσύναι, coll. I. 16. XII. 9. XIV. 9. ac Gatakeri Opp. Critt. p. 321.

ΦΥΛΑΣΣΩΝ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΝ, *custodiens justitiam*. צֶדֶק. Ies. XXVI. 2.

*ΔΙΚΑΙΟΤΕΡΟΣ ΑΝΑΦΑΝΩ. צָדַק. Symm. Job. IX. 20. אִם־אֶצְדָּק, *si justificavero me*, ἐὰν δικαιότερος ἀναφανῶ. Quid si legatur ἐὰν δικαιότερον ἀναφανῶ, vel ἀνοφανῶ, subaudito d ἐμὲ s. ἐμαυτόν? Bene autem Symm. usus est comparativo δικαιότερος, h. e. *justior, quam vere sum*.

ΔΙΚΑΙΟΩ, *justifico, justum censeo* vel *pronuncio, absolvo, causam alicujus ago*, et δικαίωμαι, *justificor, justus agnoscor, justus sum, me justifico, pius fio, absolvor, liberor*. בְּחַן *probatio*. Ezech. XXI. 13. ὅτι δεδικαίωται. Vulg. *quia probatus est*. e Non legerunt בְּחוּנָה, ut Dathius opinatus est, sed sensum expresserunt. Qui enim probatus est, is quoque justificatus dici potest. — הֲרִיב Hiph. a רִיב, *contendo, causam ago*. Ies. I. 17. δικαιώσατε χήραν, *causam agite viduarum*. Mich. VII. 9. ἕως τοῦ δικαιῶσαι αὐτὸν τὴν δίκην μου, donec litem meam *disceptet*. — זָכָה, זְכֵה, Kal et Pih. *purus sum, purifico*. Ps. LXXII. 13. ἄρα f ματαίως ἐδικαίωσα τὴν καρδίαν μου, ergo ego frustra *innocentiae studeo*. Mich. VI. 11. εἰ δικαιωθήσεται ἐν ζυγῷ ἄνομος; Legerunt הֲיִזְכֶּה, hoc sensu: num impius judicabitur, seu: *censebitur* statera sua *juste uti*, cum sint ipsi in sacculo pondera dolosa? — צָדַק in Kal, Pih. Hiph. et Hithp. Gen. XXXVIII. 26. δεδικαίωται Θάμαρ ἢ ἐγώ, justa magis est Thamar g quam ego. Vide et Ps. XVIII. 10. et confer Luc. XVIII. 14. Genes. XLIV. 16. τί δικαιωθῶμεν; quomodo justificabimur? seu: *nos defendere audeamus?* Ex. XXIII. 7. οὐ δικαιώσεις τὸν ἀσεβῆ ἕνεκεν δώρων, non *justum pronunciabis*, vel *absolves* sontem propter munera. Vide et Deut. XXV. 1. 1 Reg. VIII. 32. Ies. L. 8. Ps. L. 5. ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς h λόγοις σου, ut justus vel *verax agnoscaris* in verbis tuis. Psalm. CXLII. 2. Ies. XLV. 24. — צֶדֶק, *justitia*. Ies. XLII. 21. — *צָדְרָה, idem. Symm. Jer. XXIII. 6. Legit צִדְקֵנוּ in imper. Pih. — שָׁפַט, *judico*. 1 Sam. XII. 7. ubi *in jus vocare* aut *repetere rationem* notat. Ez. XXIV. 44. Tob. XII. 4. δικαιοῦται αὐτῷ, *juste ei debetur*, seu *tribuitur*. Sir. i VII. 5. μὴ δικαιοῦ ἔναντι κυρίου, noli te domino tuo præsente *efferre* s. *laudare*. Ibid. X. 32. δικαιοῦν et δοξάζειν sunt synonyma. Ibid. XVIII. 2. κύριος μόνος δικαιωθήσεται, Deus solus *summa laude dignus est*, aut solus *verus Deus est, summam perfectionem habet*; unde in Compl. legitur δίκαιος, ubi vide sequentia. Sir. XIII. 24. de divitibus: ἐλάλησαν k ἀσεβῆ ῥήματα, καὶ ἐδικαίωσαν αὐτόν, si turpia et scelesta loquitur, tamen eum *excusant* et *laudant*, coll. v. 27. ubi τῷ δικαιοῦν opponitur προσωπολῆψαι. Sir. XVIII. 22. μὴ μείνῃς ἕως θανάτου δικαιωθῆναι, ne *vitæ emendationem* aut *sanctitatis studium* usque ad mor-

tem differas: ubi δικαιοῦσθαι est *sancte vivere, emendare vitam*, quemadmodum e contrario οὐ δικαιοῦσθαι ibid. XXXI. 5. est *impie ac sceleste vivere*. Sir. XXIII. 14. οὐ δικαιοῦσθαι, *non impunem evadere, puniri*. Sir. I. 28. τῷ δικαιωθῆναι opponitur στῶσις, *calamitas, exitium*, adeoque per *felicem esse* seu *evadere* reddendum est. Alii reddunt: *in justitia conservari*, hoc sensu: in quælibet peccata prorumpit et ruit. Ibid. IX. 12. ἵως ἄδου οὐ μὴ δικαιωθῶσι, *felicitas* enim eorum usque ad mortem non durabit. (Aliis δικαιοῦσθαι h. l. est: *immunem a pœna esse*. Vulg. *non placebit*, sc. Deo.) Eodem modo etiam *felicitatis* notio latet in formula λογίζεσθαι εἰς δικαιοσύνην. 1 Macc. II. 52. coll. v. 51. Sir. XXVI. 24. οὐ δικαιωθήσεται κάπηλος ἀπὸ ἁμαρτίας, mercator et caupo vix peccatum et fraudes *evitare* poterit, ubi δικαιοῦσθαι est *liberum esse aut manere ab aliqua re*, i. q. ἐλευθεροῦσθαι, et cum voce ἐξαιρεῖσθαι permutatur. Sic quoque δικαιοῦσθαι sumitur Rom. VI. 7. (ubi vid. Syrus) et 18. Phav. δεδικαίωται, ἀπήλλακται, ἠλευθέρωται.

ΔΙΚΑΙΩΜΑ, *jus, justa ordinatio, statutum, præceptum, justificatio, causæ defensio*. דֶּרֶךְ, *via*. Job. XXXIV. 27. δικαιώματα δὲ αὐτοῦ οὐκ ἐπέγνωσαν, ubi *vias Dei* de ejus *legibus ac præceptis* acceperunt, ut alias sæpe sumuntur. — חֹק, *statutum, decretum*. Gen. XXVI. 5. ubi τὰ δικαιώματα cum vocibus προστάγματα et ἐντολαὶ juncta reperiuntur. Vide et Exod. XV. 26. Num. XXX. 17. Deut. IV. 5. — חֻקָּה, idem. Num. XXXI. 21. τοῦτο τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου, hoc est *statutum* legis. 2 Reg. XVII. 8. ἐπορεύθησαν ἐν τοῖς δικαιώμασι τῶν ἐθνῶν, ambularunt in *statutis* gentium. Ps. XVII. 25. — יָרִיב, *litigator*. Jer. XVIII. 19. ubi δικαίωμα est *justificatio, causæ defensio*, et loco יְרִיבַי sine dubio legerunt רִיבִי. — מַעֲשֶׂה*, *opus*. Aqu. et Symm. sec. Euseb. Psalm. XLIV. 2. τὰ δικαιώματα. Si sana est lectio, nec reponendum τοιήματα, ut Agellius volebat, δικαίωμα h. l. *omne* notabit, *quod est recte, apte ac artificiose constructum*, v. c. carmen, de quo h. l. sermo est. — מְצָוָה, *mandatum, præceptum*. Deut. XXX. 15. 1 Reg. II. 3. — מִשְׁפָּט. Exod. XXI. 1. Num. XV. 13. 1 Sam. II. 15. τὸ δικαίωμα τοῦ ἱερέως pro τοῦτο ἦν τὸ δ. τ. ἱ. hoc erat *institutum*, hic *mos*, hæc *consuetudo* sacerdotum illorum. — פָּקוּדִים plur. *mandata*. Psalm. XVIII. 9. CXVIII. 27. 56. 93. — צֶדֶק, *justitia*. Inc. Prov. VIII. 20. ubi δικαίωμα est i. q. δικαιοσύνη. LXX 2 Sam. XIX. 28. τί ἐστί μοι ἔτι δικαίωμα; ubi δικαίωμα est *justificatio*. Aliter accepit Vulg. qui habet: *quid ergo habeo justæ querelæ?* h. e. ad quem igitur perferre possum justas meas querelas? Itidem non male quoad sensum: nam tunc δικαίωμα est *innocentia*, qui enim justas querelas habet, hic ad suam innocentiam provocare solet. — רִיב, *lis, contentio, causa*. Jerem. XI. 20. πρὸς σὲ ἀπεκάλυψα τὸ δικαίωμά μου, tibi revelavi *causam* meam *justam*. Al. Jer. XX. 12. δικαιώματά μου, ubi LXX habent ἀπολογήματά μου. — רִתֵּת, *tremor*. Hos. XIII. 1. Hieronymus ait, se non videre, cur verterint δικαιώματα. Suspicor, eos legisse דָּתֵת a sing. דָּת, *lex*, quam vocem conjunxerunt cum sequentibus, hoc sensu: quas populus Israël de cultu divino et ceremoniis observandas acceperat leges, eas ad cultum idolorum et Baalis transtulit. Præterea legitur apud LXX sec. Oxon. Jos. IV. 6. post σημεῖόν, ubi nihil in textu Hebr. legitur. Fortasse autem ibi δικαίωμα autem est ex διαπαντὸς, quod sequitur. Baruch. II. 19. ubi est. i. q. δικαιοσύνη v. 18. *probitas, virtus*. Ibid. v. 17. mortui tibi non præsta-

a bunt δόξαν καὶ δικαίωμα, h. e. *justam ac debitam* laudem. Sir. IV. 20.

ΔΙΚΑΙΩΣ, *juste.* צֶדֶק, *justitia.* Deut. I. 16. XVI. 20. Prov. XXXI. 9. — תָּמִים, *perfectus.* Prov. XXVIII. 18. ὁ πορευόμενος δικαίως.

ΔΙΚΑΙΩΣΙΣ, *jus, judicium, causæ defensio.* מִשְׁפָּט. Lev. XXIV. 22. δικαίωσις μία ἔσται τῷ προσηλύτῳ, idem *jus* obtineat inter vos erga peregri-
b num. — רִיב, *lis, controversia, causa.* Symm. Ps. XXXIV. 23. Lysias, docente Suida, δικαιώσεις appellat τὰς δικαιολογίας, *causæ defensiones.*

ΔΙΚΑΣΙΑ, *lis, litigatio, contentio.* רִיב, idem. Aqu. Prov. XVIII. 6. ἐν δικασίᾳ. Idem Jud. XII. 2. ubi tamen mihi reponendum videtur ἐν δικασίᾳ, ut una cum reliquis interpretibus legerit בְּרִיב. Idem Ps.
c XVII. 40. Prov. XVIII. 19. Deut. I. 12. sec. cod. Lips. Paul. ubi male ad מַשָּׂא, *onus*, refertur. Fortasse autem ibi scribendum est δικάσια a δικάσιος. Cæterum vox δικασία Lexicis nostris ignota reperitur quoque pro מִדְיָן in Vers. Græc. Venet. Prov. XIX. 13.

ΔΙΚΑΣΤΗΡΙΟΝ, *forum judiciale, tribunal.* יָרִב, fut. Hiph. a רִיב,
d *litigabit.* Jud. VI. 32. sec. Oxon. Ald. Compl. δικαστήριον τοῦ Βάαλ, quæ verba, si lectio sana nec orta est e sequenti θυσιαστήριον, reddenda sunt: *pertinet hoc ad jurisdictionem Baalis.*

ΔΙΚΑΣΤΗΣ, *judex.* דִּין, *judicium.* Aqu. Ps. LXVII. 6. — *מִשְׁפָּט, *judicium.* Inc. 1 Reg. XX. 40. ἰδοὺ σὺ δικαστής, sc. σοῦ, ecce tu ipse judex
e tibi fuisti, seu: contra te sententiam pronuntiasti, nempe narratione tua, quæ præcesserat. — שָׁפַט, part. Jos. VIII. 33. 1 Sam. VIII. 1. 2. Ies. III. 2. — שָׁפַט, *judico.* 1 Sam. XXIV. 16. Sap. VII. 11. ubi δικασταὶ in universum *principes* notare videntur, et cum βασιλεῖς conjunguntur, æque ac IX. 7.

ΔΙΚΕΛΛΑ, *ligo, bidens, instrumentum rusticum.* מַחֲרֵשֶׁת, *vomer.* f Symmach. 1 Sam. XIII. 20. Suidas: δίκελλα, γεωργικὸν ἐργαλεῖον. Idem hæc verba ex antiquo scriptore subjungit: οὐ βουσὶ καὶ δικέλλῃ πορίζομένοις τὸν βίον, ἀλλ' ἵππῳ καὶ μαχαίρᾳ.

ΔΙΚΗ, *jus, ultio, pœna, vindicta,* it. *causa, actio.* דֶּבֶר, *pestis.* Hos. XIII. 14. ποῦ ἡ δίκη σου, θάνατε; ubi est *pœna* s. *ultio* tua, O mors? Li- g bere verterunt æque ac Symmachus, qui πληγή h. l. habet. Michaëlis in Suppl. p. 388. putat, eos רִיבֵךְ legisse. Humphr. Hodius de Bibl. Text. Orig. Lib. III. P. I. p. 262. pro δίκη legendum censet νίκη, sed, ut puto, præter necessitatem. LXX enim דָּנָיִם intellexerunt de *causa*, sive *lite*, ut Exod. XVIII. 16. XXIV. 14. — דִּין, *ju-* h *dicium.* Ps. IX. 4. ἐποίησας τὴν κρίσιν μου καὶ τὴν δίκην μου, *judicium et causam meam egisti.* — הֵרִיב, Hiph. a רִיב, *litigo.* Amos VII. 4. — חָרוּץ, *concisio, tribula.* Joël. III. 14. ἐν τῇ κοιλάδι τῆς δίκης, in valle ultionis. Scil. חָרַץ, *decidere*, notat quoque *sententiam* et *peremtorium judicium pronuntiare*, ut multis exemplis docuit Simonis in Lex. Hebr. pag. i 617. unde etiam Theodot. h. l. per κρίσιν transtulit. Glossar. MS. in Proph. τῆς δίκης, τῆς κατὰ δίκαιον ἀνταποδόσεως, τιμωρίας. — *נָקֹה, *impunis sum.* Symm. Zach. V. 3. נָקָה quoque *puniri* notat, v. c. Jerem. XXX. 11. et XLVI. 28. Hinc non opus esse videtur cum Scharfenb. ad Cappelli Crit. S. p. 879. statuere, eum legisse נָקַם, Niph. verbi נָקַם, *vindicavit.* — *נָקַם, Hoph. a נָקַם, *vindicor.* Aqu. Gen. IV. 15. δίκην δώσουσι, ubi tamen vid.

a Montfauc. — נָקָם, *vindicta.* Lev. XXVI. 25. Deut. XXXII. 41. Ez. XXV. 12. ἀνταποδώσω δίκην τοῖς ἐχθροῖς, retribuam *pœnam* inimicis. Gloss. MS. in Cant. Script. δίκην, τιμωρίαν. Ex. XXV. 22. — נָקָם, infin. *vindicando.* Exod. XXI. 20. δίκῃ ἐκδικηθήσεται. — רִיב, *lis, controversia.* Job. XXIX. 16. δίκην δὲ, ἣν οὐκ ᾔδειν, ἐξιχνίασα, *causam,* quam b non intellegebam, investigavi. Ps. XXXIV. 26. δίκην, ubi Symm. δικαίωσιν habet. Psalm. XLII. 1. Sap. XVIII. 11. ὁμοίᾳ δὲ δίκῃ δοῦλος ἅμα δεσπότῃ κολασθείς, simili autem *pœna* servus cum domino afflictus est. 4 Maccab. IV. 21. ἡ θεία δίκη, divina *ultio.* Vide Lex. N. T. s. h. v.

*ΔΙΚΗΝ, *instar, pro more, sicut, quemadmodum,* ita ut subaudiatur c κατά. Sap. XII. 24. νηπίων δίκην ἀφρόνων ψευσθέντες, decepti *instar* puerorum stultorum. Hesych. δίκην, καθάπερ, ὥσπερ, ὁμοίως. – δίκην, τρόπον. ubi vide Intt. Suidas: δίκην, τρόπον.

ΔΙΚΗΣΙΣ, *vindicatio, vindicta.* Sir. XLVII. 29. ἕως δίκησις ἦλθη ἐπ' αὐτούς.

ΔΙΚΡΑΝΟΝ, *furca.* כִּילָפוֹת, plur. *mallei,* aliis *secures utrinque* d *acutæ, bipennes.* Symm. Psalm. LXXIII. 6. δικράνοις. Vox legitur etiam in fragmento auctoris antiqui apud Suidam v. δίκρανα. En verba: παρεσκεύαστο δὲ τὰ δίκρανα, ὥστε ἀπτεσθαι τὴν τῶν λεγομένων σκαλῶν προσαγωγήν.

ΔΙΚΤΥΟΝ, *rete,* it. in plur. δίκτυα, *cancelli.* חֲרַכִּים, plur. *cancelli, clathri.* Cant. II. 9. ἐκκύπτων διὰ τῶν e δικτύων, prospiciens per *cancellos.* Lex. Cyrilli MS. Brem. δικτύων, καγκέλλων. — מַכְמוֹר, *rete.* Symm. Psalm. CXL. 10. δίκτυα. — *סֹבֶךְ, *perplexitas.* Symm. Genes. XXII. 13. ubi non opus est statuere eum שְׂבָכָה legisse. Nam perplexitas illa, quam plerique de *dumo* intellegunt, commode etiam, immo melius adeo, de *reti* explicari poterat. — רֶשֶׁת, *rete.* Prov. I. 17. XXIX. f 5. Thren. I. 14. — שְׂבָךְ (שׂ pro ס), *opus reticulatum.* 1 Reg. VII. 17. ἐστέγησε δίκτυα περικαλύψαι. — שְׂבָכָה (שׂ pro ס), idem. 1 Reg. VII. 40. 41. 2 Reg. XXV. 17. sec. Complut. 2 Paral. IV. 12. 13. — *שָׂךְ, *desidere.* Aqu. Symmach. Jerem. V. 26. Fortasse legit שָׂךְ, cum Sin. Vide ad h. l. Montfauconium.

g ΔΙΚΤΥΟΩ, *ad retis formam compono, retibus contexo, cancello.* שְׂבָכָה, *opus reticulatum.* 1 Reg. VII. 17. δεδικτυωμένοι στίχοι, ordines *reticulati.* — *שְׂקִפִים, *prospectivæ.* Theod. sec. Coisl. II. et LXX sec. Compl. 1 Reg. VI. 4. Fortasse legerunt שְׂפָכִים, sed ne opus quidem est, ut numerus variarum lectionum augeatur.

h ΔΙΚΤΥΩΤΟΣ, *ad formam retis factus et distinctus, sive ob nodos, sive ob foramina, reticulatus, cancellatus.* אָטוּם, part. Pah. *clausus.* Ez. XLI. 16. αἱ θυρίδες δικτυωταί, fenestræ *cancellatæ* s. *reticulatæ,* quas *clathratas* Plautus dixit Mil. IV. 2. 26. Confer Fulleri Miscell. Sacr. Lib. VI. c. 13. p. 733. — אֶשְׁנָב, *fenestra.* Jud. V. 28. διὰ τῆς i δικτυωτῆς, ubi vid. Bonfrer. Comment. p. 271. Hesych. δικτυωτή, καγκελλωτή. Ita quoque Suidas et Phavorinus. — רֶשֶׁת, *rete.* Exod. XXVII. 4. XXXVIII. 4. ἔργῳ δικτυωτῷ, opere reticulato. שְׂבָכָה, *reticulum.* 2 Reg. I. 2. διὰ τοῦ δικτυωτοῦ τοῦ ἐν τῷ ὑπερῴῳ αὐτοῦ, per *cancellos,* qui in cœnaculo ejus. Dicitur tamen δικτυωτὸν non ipsæ modo fenestræ, aut reticulatum opus, sed etiam ipsum cœnaculum hujusmodi fenestras habens, ut testis est Hesychius et Phavorinus, quorum hæc verba sunt: δικτυωτὸν, ὑπερῷον, τὸ

a πολλὰς θυρίδας ἔχον. Theodoretus in Quæst. ad h. l. δικτυωτὸν, ὑπερῷον, οἶκος ἦν ὥρᾳ θέρους ἐπιτήδειος, πολλὰς ἔχων φωταγωγοὺς δικτυοειδῶς κατεσκευασμένας, ἃς διατρήτους ὀνομάζουσιν οἱ πολλοί. Confer etiam Schol. apud Montfauconium T. I. pag. 368. Occurrunt etiam apud Polyb. XV. 30. 8. θύραι δικτυωταί.

*ΔΙΜΕΡΗ'Σ, *in duas partes divisus*, s. *divisus* simpliciter. Chald. פְּלִיגָה, *divisum*. Dan. II. 41. sec. Chis. Aristot. Hist. Anim. I. p. 774. D. et 799. A.

b ΔΙ'ΜΕΤΡΟΝ, *duæ mensuræ*. סָאתַיִם dual. ex סְאָה, *satum*. 2 Reg. VII. 16. 18. ubi alii δύο μέτρα habent.

ΔΙ'ΝΑ. שְׁאֵת, *excellentia*. Job. XIII. 11. Admodum variant libri veteres in voce ἡ δῖνα, quæ legitur c apud LXX sec. Ed. Rom. Editio Francof. habet simpliciter δῖνα. Codex Alex. διλία, fortasse δειλία. Suspicor, scribendum esse δεινὰ, *gravia, terribilia*. Valckenario ad Theocritum p. 229. lectio cod. Alex. in margine posita δειλία, æque vitiosa ac recepta, facile monstrare videtur genuinam δεῖμα, quam omni dubio carere arbitratur.

d ΔΙ'ΝΗ, *vortex*, it. *turbo*. סוּפָה, *turbo*. Al. Job. XXXVII. 9. αἱ δῖναι, ubi ex sententia Bielii scribendum est αἱ δῖναι. Suidas: Δῖναι, αἱ τῶν ὑδάτων συστροφαί. Confer quæ ex Arriano affert Suidas in v. δινήσας. Hesych. δίνη, συστροφὴ ὑδάτων. — *עֲגֹרוֹת, *rupes*. LXX sec. Vatic. Job. XXVIII. 10. δίνας δὲ ποταμῶν διέρρηξεν. Legendum est ibi θῆας, e ut habet Ald. et Compl. ac Inc. Int. etiam Olympiodorus in Nicetæ Catena pag. 427. Hieron. et August. *ripas*. Δ et Θ facile inter se confundi potuerunt.

ΔΙΟ', *quapropter, propterea*. כִּי, *quia*. Ps. CXVI. 10. Conf. Fesselii Advers. Sacra Lib. X. c. 1. p. 489. — לָכֵן, *ideo*. Al. Isa. XVI. 7.

ΔΙΟΔΕΥ'Ω, *permeo, transeo*. דָּרַךְ, f *calceo*. Ies. LIX. 8. τρίβοι — ἃς διοδεύουσι. — *הוֹלִיךְ, Hiph. *ire facio, duco*. Deut. VIII. 2. διώδευσε sec. marg. cod. 106. Holm. Est sine dubio alius interpretis. — חִתְהַלֵּךְ, Hithp. *obambulo*. Genes. XIII. 17. διόδευσον τὴν γῆν, *transito* in terram. Hesych. διόδευσον, πέρασον. — עָבַר. Gen. XII. 6. Ps. LXXXVIII. 40. Jer. II. 6. IX. 11. t

ΔΙ'ΟΔΟΣ, *via, per quam transitur*. דֶּרֶךְ, *via*. Prov. VII. 8. ἐν διόδοις οἴκων αὐτῆς. — חוּץ, *foras, platea*. Inc. Jer. XI. 13. LXX Jer. VII. 32. XIV. 16. ἔσονται ἐξῳγμέναι ἐν ταῖς διόδοις, erunt projecti in *viis*. Lex. Cyrilli MS. Brem. διόδους, διαβάσεις. — מִסְלָה, *via trita*. Jud. XXI. 19. Ies. XI. 16. — רְחוֹב, *platea*. Deut. XIII. 16. Judith. i VII. 20. ἐν ταῖς διόδοις τῶν πυλῶν. 1 Maccab. XI. 46. τὰς διόδους τῆς πόλεως. Suidas: δίοδοι, αἱ ὁδοὶ, ἀπὸ τοῦ διοδεύειν. Idem verba Aristophanis ex Eccles. v. 689. subjungit, quibus vox eo sensu legitur.

ΔΙΟΙΚΕ'Ω, *administro, dispenso* כָּלְכֵּל, Pih. a כּוּל, *sustento*. Aqu. Gen. L. 21. Aqu. et Theod. Prov. XVIII. 14. Scilicet כּוּל habet quo- j que notionem *moderandi*. — *נָשָׂע, *juro*. Jos. V. 6. Vide infra s. v. διοπίζω. — פָּרַשׁ (שׁ pro ס), *partior*. Thren. IV. 4. πήξια ἤτησαν ἄρτον, ὁ διοικῶν οὐκ ἔστιν αὐτοῖς. Sap. VIII. 1. διοικεῖ τὰ πάντα χρηστῶς, *disponit* omnia utiliter. Ib. v. 15. διοικήσω λαούς, *regam, gubernabo* populos. Ib. XII. 8. μετὰ πολλῆς φειδοῦς διοικεῖς ἡμᾶς, cum multa lenitate *gubernas* seu *tractas* (Alciphr. II. 2.) nos. Ib. XV. 1.

ΔΙΟΙ'ΚΗΣΙΣ, *administratio, dispensatio, gubernatio*. Tob. I. 19.

a constituit eum ἐπὶ πᾶσαν τὴν διοίκησιν, super omnem gubernationem: h. e. ei omnes res suas administrandas tradidit. Alciphr. I. 36. Hesych. διοίκησις, ἡ ἀνάλωσις τῶν χρημάτων.

ΔΙΟΙΚΗΤΗ'Σ, *administrator, procurator, dispensator.* אֲחַשְׁדַּרְפְּנַיָּא, plur. *satrapæ.* Esdr. VIII. 35. Dan. III. 2. sec. Chis. ubi Scharfenberg. referre maluit ad Chald.

b גְּדָבְרַיָּא, h. e. *quæstores, administratores fisci.* Tob. I. 20. διακονητὴς καὶ ἐκλογιστής.

*ΔΙΟΙΚΙ'ΖΩ, *incolas unius urbis diversis locis colloco,* i. e. *per diversa oppida, vicos, etc. spargo.* נְשָׁבָע, *juro.* Jos. V. 6. ubi lectio διῴκησε et διῴκισε, quam sec. L. Bos. libri nonnulli habent, orta est ex διώρκησε aut διώρκισε.

c ΔΙΟ'ΛΛΥΜΙ, ΔΙΟ'ΛΛΥΜΑΙ, *dispergo, dispereo.* Sap. XI. 20. ἡ ὄψις ἐκφοβήσασα διολέσαι, aspectus timorem incutiens *interitus*, aut: *perditionis.* Ib. XVII. 9. διώλλυντο ἵντρομοι, peribant tremebundi, aut præ pavore *peribant.* In Gloss. MS. in Sap. male legitur: Διολοῦντο, ἀπολοῦντο. Hesych. διωλλύμι, ἀφανίζω, φθείρω, διαπτόλλυμι.

d ΔΙΟ'ΛΟΝ, *jugiter.* אַךְ, *tantummodo.* Symm. sec. Ed. Secundam Jer. XXXII. 30.

ΔΙΟ'ΛΟΥ, et ΔΙ' 'ΟΛΟΥ, subintell. χρόνου, *per totum tempus, semper, omnino.* *אַךְ, *tantummodo, vere.* Symm. Psalm. XXII. 5. Idem Prov. XXII. 16. — סָבִיב סָבִיב, *circumcirca.* Al. Ezech. VIII. 10. κύκλῳ διόλου. — תָּמִיד, *jugiter.* 1

e Reg. X. 8. διόλου, ubi alii habent διαπαντός. Ezech. XXXVIII. 8.

ΔΙΟΜΟ'ΟΜΑΙ, *juro.* נְשָׁבַע, idem. Symm. Ps. CIX. 5. διωμόσαντο. LXX simplex ὤμοσαν habent.

ΔΙΟΝΥ'ΣΙΑ, *Bacchanalia,* quæ Græci triennio quoque celebrabant. Hesych. Διονύσια, ἑορτὴ Ἀθήνησιν, ἢ Διονύσῳ ἤγετο. 2 Maccab. VI. 7. γενέσης δὲ διονυσίων ἑορτῆς. Confer Palmerium Exerc. in Auctt. Gr. f pag. 505. et auctores ibi laudatos.

ΔΙΟ'ΝΥΣΟΣ, *Bacchus.* 2 Macc. XIV. 33. ἱερὸν τῷ Διονύσῳ ἐπιφανές.

*ΔΙΟ'ΠΕΡ, *quare, quapropter, proinde.* 2 Maccab. V. 20. VI. 27. XIV. 19. K.

ΔΙΟΡΑ'Ω, *perspicio, prospicio.* קָוָה, *exspecto.* Job. VI. 19. ubi tamen pro οἱ διορῶντες mallem legere διορᾶτε, aut ἴσως διορῶντες. Vulgat. g *exspectate paulisper.* Qui enim aliquid exspectant, hi *prospiciunt.* Hanc enim notionem vox διοράω h. l. habere videtur. Vide Lexic. N. T. s. v. ἀποκαραδοκία.

*ΔΙΟΡΓΙ'ΖΟΜΑΙ, *ira abripior, irascor, infenso sum animo,* i. q. simplex ὀργίζομαι. 3 Maccab. III. 1. IV. 13. Polyb. II. 8. 13. διοργισθεὶς ἐπὶ τῇ παρανομίᾳ. h

ΔΙΟΡΘΟ'Ω, *corrigo, emendo, dirigo.* הֵיטִיב, Hiph. a טוֹב, *bene facio.* Jer. VII. 2. ἐὰν διορθώσητε τὰς ὁδοὺς ὑμῶν, si *emendaveritis* vitæ vestræ rationem, coll. v. 4. et Sap. IX. 18. — כּוֹנֵן : הוֹכִין, Pih. et Hiph. a כּוּן, *dispono, stabilio.* Ies. XVI. 5. διορθωθήσεται θρόνος, stabilietur thronus. Ibid. LXII. 7. διορθῶν Ἰερουσαλὴμ, Hierosolymæ *splendorem concedere,* aut *ad summum fortunæ fastigium evehere.* i

*ΔΙΟΡΘΡΙ'ΖΩ, i. q. simplex ὀρθρίζω, *matutinus aliquid ago, mane surgo et vigilo.* הַשְׁכֵּים, Hiph. idem. 1 Sam. XXIX. 10. διορθρίσατε sec. cod. Alex. ubi reliqui libri ὀρθρίσατε habent.

ΔΙΟΡΘΩΤΗ'Σ, *director, moderator, magister, doctor.* Sap. VII. 16. k τῶν σοφῶν διορθωτὴς, sapientium doctor s. emendator. Clemens Alex. Pæd. I. pag. 138. 29. ed. Potteri. Diod. Sic. p. 460. 42.

ΔΙΟΡΙ'ΖΩ, *distermino, separo, discerno, divido.* אָלַף, Pih. *doceo.* Job. XXXV. 11. ὁ διορίζων με ἀπὸ τετραπόδων γῆς, qui *separat* ac *distinguit*

a me, nempe doctrina ac institutione, a jumentis terræ. Sic sensum bene expresserunt. Alii habent διδάσκων, quod alius interpretis esse videtur. — בִּנְיָה, *ædificium*. Ezech. XLI. 13. τὰ διορίζοντα, quod tamen mihi melius voci proxime antecedenti גִּזְרָה, quæ *aream separatam* notat, convenire videtur. — בִּנְיָן, idem. Ezech. XLI. 12. 15. XLII.
b 1. 10. — גְּבוּל, *terminus*. Jos. XV. 47. διορίζει. — הִבְדִּיל, Hiph. Exod. XXVI. 33. Lev. XX. 24. — *הִפְרִיד, idem. Theodot. Prov. XVII. 9. — *הִצִּיב גְּבוּל, *statuo terminos*. Aqu. (?) sec. cod. X. Holm. Deut. XXXII. 8. ἐν τῷ διορίζειν υἱοὺς ἀνθρώπου. — חָרָה, *ira exardeo*. Ies. XLV. 24. αἰσχυνθήσονται πάντες οἱ διορίζοντες αὐτούς. Sc. per
c adversarios Judæorum recte intellexerunt eos, qui Judæos in captivitatem abduxerant. — כּוֹנֵן, Pih. a כּוּן, *stabilio*. Ies. XLV. 18. Libere verterunt. — נִשְׁבַּע, *juro*. Jos. V. 6. ubi loco διώρισεν, quod plerique libri habent, reponendum esse videtur διώρκισε aut διώρκησε. Sed habet διορίζειν etiam hanc significationem, ut sit *statuere, decernere, ad-*
d *firmare*, unde Hesych. διωρίζετο, διεβεβαιοῦτο, διϊσχυρίζετο. Phav. διώρισαν, ὁρισμῷ ἐβεβαίωσαν. — שָׁטַף, *inundo*. 2 Paral. XXXII. 4. ποταμὸν τὸν διορίζοντα διὰ τῆς πόλεως, fluvium *disterminantem* urbem.

ΔΙΟΡΚΕ'Ω, *adjuro, juramento adigo, juramento confirmo*. נִשְׁבַּע, Niph. *juro*. Al. Jos. V. 6. διώρκησε.

ΔΙΟ'ΡΥΓΜΑ, *fovea, fossa per ali-*
e *quem locum ducta, perfossio*. חַלּוֹן, *fenestra*. Soph. II. 14. Deduxerunt a חָלַל, *perforare*. — מַחְתֶּרֶה, *effossio*. Ex. XXII. 2. ἐὰν δὲ ἐν τῷ διορύγματι (sc. οἰκίας vel τοίχου) εὑρεθῇ ὁ κλέπτης, si quis autem in *perfossione* domus vel parietis fur deprehendatur. Jer. II. 34. ubi idem fere legitur, ac legerunt בַּמַּחְתָּרֹת.

ΔΙΟΡΥ'ΤΤΩ, *perfodio*. חָתַר, idem. Job. XXIV. 16. διώρυξεν ἐν σκότει οἰ- f
κίας, *perfodit* in tenebris domus. Ezech. XII. 5. διόρυξον σεαυτῷ εἰς τὸν τοῖχον, *perfode* tibi parietem. Vide et ib. v. 7. et 12.

ΔΙΟΣΚΟΡΙΝΘΙ'ΟΥ, genit. ex Ζευσκορίνθιος, *Jupiter Corinthius*. Mensis nomen apud Græcos. 2 Macc. XI. 21. Διοσκορινθίου εἰκοστῇ τετάρτῃ, Jovis Corinthii vicesima quarta. Grotius ad h. l. scriptum putat fuisse Δίου. g
Dius notissimus est mensis Macedonum.

*ΔΙΟ'ΣΠΟΛΙΣ. נֹא אָמוֹן, *No* (urbs) *Amonis*. Ezech. XXX. 14. 15. Vide Bocharti Phaleg. Lib. I. cap. 1. pag. 6. et Jablonski Pantheon Lib. I. pag. 161. qui vertit *portio Jovis Hammonis*.

*ΔΙΟ'ΤΙ, Conjunctio, *quoniam, quamobrem, quare*. כִּי. Obad. v. 5. h
— מַדּוּעַ, *quare?* Jud. V. 28. ubi διότι in omnibus interpretibus Græcis Doederleinius mutavit in διατί. Cf. Eichhornii Repertorium Bibl. et Or. Literat. P. I. pag. 229. — מִי, *quis?* Mal. I. 10. Legerunt כִּי. Judith. V. 1. annunciabatur Holoferni, διότι οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ παρεσκευάσαντο εἰς πόλεμον; ubi pro ὅτι ponitur. 2 Macc. VII. 37. ἐξομολογήσασθαι, i
διότι μόνος αὐτὸς θεός ἐστιν, confitearis, eum esse solum Deum. Ibid. XI. 14. ubi Ald. (ex interpretamento, ut videtur) legit ὅτι. Cf. Sir. II. 11. et Act. XVIII. 10.

ΔΙΟ'ΤΙ 'ΑΛΛ' Ἢ, *sed potius*. כִּי אִם. 1 Reg. XXII. 18. οὐ προφητεύει οὗτός μοι καλὰ, διότι ἀλλ' ἢ κακὰ, non vaticinatur mihi bona, sed potius mala. Confer Ὅτι ἀλλ' ἤ.

ΔΙ'ΠΗΧΥΣ. *duorum cubitorum, bicubitalis*. אַמָּתַיִם dual. *duo cubiti*.

a Num. XI. 31. Herodot. II. 78. p. 117.

ΔΙΠΛΑΣΙΑ΄ΖΩ, *duplico*, et speciatim *duplico in acie*. בָּפַל, *duplico*. Ez. XXI. 14. *διπλασίασον ῥομφαίαν*, *duplica* gladium, h. e. *ancipitem* s. *acutum* redde gladium. — מַיִם dual. *aquæ*. Ez. XLIII. 2. *ὡς φωνὴ διπλασιαζόντων πολλῶν*, tanquam vox multorum, qui se duplicant in acie.

b Ita Bielius, qui provocat ad Æliani Tactica cap. 29. Suidam v. *διπλασιάσαι*, ac Hesychium, juxta quem *διπλασιασμὸς* est *ἡ ἐν ταχτικοῖς οὕτως ὑπόπλους κίνησις*. Sed mihi videtur post *διπλασιαζόντων* ibi omissum s. supplendum esse *ὑδάτων*, qua voce et Syrus h. l. usus est.

ΔΙΠΛΑΣΙ΄ΑΣΜΑ, *duplicatio*. תַּרְבִּית *fœnus*. Inc. Lev. XXV. 36. Fœnore scilicet debitum facile duplicatur, ac opes augentur.

c

ΔΙΠΛΑΣΙΑΣΜΟ΄Σ, *duplicatio*. מִשְׁנֶה, *duplum*. Job. XLII. 10. Reperitur quoque *διπλασμὸς* apud Eustathium Odyss. A', p. 27. 47.

ΔΙΠΛΑ΄ΣΙΟΣ, *duplex*. Sir. XII. 6. *διπλάσια κακά*. Ibid. XXVI. 1. *ἀριθμὸς διπλάσιος*.

ΔΙΠΛΟΪ΄Σ, *duplicata læna, tunica*. מְעִיל, *pallium*. Inc. 1 Sam. XXIV. 12. LXX 1 Sam. II. 19. 21. XV. 27. Ps. CVIII. 28. מְעִיל וְצָנִיף, *pallium et cidaris*. Job. XXIX. 14. — פִּימָה, *plicatura*. Hebræus Job. XV. 27. *διπλοΐδα*. Vide infra s. v. *πιμελής*. Baruch. V. 2. *περιβαλοῦ τὴν διπλοΐδα τῆς δικαιοσύνης*, h. e. *τὴν δικαιοσύνην, ὡς διπλοΐδα*. Hesych. *διπλοΐδα, διπλουμένην χλανίδα ἐν τῷ φορεῖσθαι*, ad quem locum Fungerus notat, quod Homerus Odyss. Τ', (v. 254.) *διπλοΐδα* nominet *χλαῖναν διπλῆν*, it. *δίπλακα*, (Il. Γ', 126.) et Euripides (Hecub. 1156.) de veste Polymestoris loquens vocet *δίπτυχον στόλισμα*. Confer infra in v. *χλαῖνα*.

d

e

ΔΙΠΛΟ΄ΟΣ, ΟΥ΄Σ, *duplex*. *אַחַת Jud. XVI. 28. ubi *διπλῆν* sec. Compl. sine dubio ortum est e lectione *δὴ πλὴν*, quæ in reliquis libris reperitur. — *אַחַת, *unus*. Inc. sec. Coislin. 1 Sam. I. 5. *διπλῆν*, quæ non est alia lectio aut interpretatio vocis אַחַת, sed versio vocis אַפַּיִם, *facierum*, h. e. *spectabilem, conspicuam, præcipuam*, quam, cum desit in editionibus vulgaribus, supplere aliquis voluit, quisquis ille sit. — בַּד, *linum*. Inc. Lev. VI. 4. XVI. 4. 32. Suspicor, in omnibus his locis loco *διπλοῦν* reponendum esse *λινοῦν*. — בָּפוּל, part. Pahul, *duplicatus*. Ex. XXVIII. 16. XXXIX. 7. — בֶּפֶל, in dual. כִּפְלַיִם. Job. XI. 6. Ies. XL. 2. — מַכְפֵּלָה, *duplicitas*, item *Machpela*, nomen loci. Gen. XXIII. 9. 17. 19. XXV. 9. L. 13. — מִשְׁנֶה, *iteratio, secundum*. Gen. XLIII. 15. Ex. XVI. 5. 22. Esdr. I. 10. — שְׁנַיִם, dual. *duo*. Ex. XXII. 4. 7. 9. — פִּי שְׁנַיִם, *os duorum*, h. e. *duplex portio*. Deut. XXI. 17. 2 Reg. II. 9. Sir. II. 13. *οὐαὶ καρδίαις διπλαῖς*, væ cordibus duplicibus, h. e. *dolosis, fraudulentis, simulatoribus*. Conf. Drusii Adag. Class. I. Lib. IV. n. 38. et Heisenii Diss. XIV. in Ep. Jacobi p. 475.

f

ΔΙ΄Σ, *bis*. פַּעֲמַיִם dual. *duabus vicibus*. Gen. XLI. 32. XLIII. 10. Num. XX. 11. Symm. Job. XXXIII. 29. — פְּעָמִים plur. Ezech. XLI. 6. — כַּמֶּה פְּעָמִים, *quot vicibus, quoties*. LXX 1 Reg. XXII. 16. *ἕτι δὶς ἐγὼ ὁρκίζω σε*, ubi alii *ποσάκις* habent. — שְׁתַּיִם dual. fœm. *duæ*. Nehem. XIII. 20. *ἅπαξ καὶ δίς*.

g

h

ΔΙ΄ΣΚΙΟΣ, *perumbrosus*. צַלְצַל, *umbra densa*. Aqu. Ies. XVIII. 1. *δισκίου*. [Aquila hanc vocem finxit ad similitudinem Hebr. Vide Rosenmüll. ad h. l. Olim putabam

i

a συσκίου legendum esse. Præstat Vulgata K.]

ΔΊΣΚΟΣ, *discus, orbis lusorius ex ferro, lapide aut ligno, qui exercendi corporis causa in auras projiciebatur ope loramenti per medium discum immissi.* 2 Macc. IV. 14. μετὰ τὴν τοῦ δίσκου πρόκλησιν, post *disci* provocationem aut ludum, δισκοβολία dictum: ubi tamen alii intellegunt b discum, in quo Hellanodicæ ludorum rationem scribebant et præmia proponebant. Hesych. δίσκοισι, τοῖς δίσκοις, λίθοις στρογγύλοις. Etym. M. δίσκος σημαίνει λίθον τροχοειδῆ εἰς γυμνάσιον ἡρωϊκὸν ἐπιτήδειον, παρὰ τὸ δίκω, τὸ ῥίπτω, δίκος ὁ ῥιπτούμενος, καὶ πλεονασμῷ τοῦ σ. Conf. Feithii Antiq. Homer. Lib. IV. c. 6. p. 325. Modum jaciendi discum vix alibi accuratius, c quam apud Philostratum Icon. Lib. I. p. 798. judice Oleario not. ad h. l. delineatum invenies. Adde Hieronymi Mercurialis Lib. II. de Arte Gymnastica cap. 12.

ΔΙΣΜΥ'ΡΙΟΙ, *bis decies mille,* h. e. *viginti millia.* 2 Macc. VIII. 9. 30. X. 17. 23. 31.

ΔΙΣΣΟ'Σ, *duplex.* חֲלִיפָה, *mutatio.* Gen. XLV. 22. — מִשְׁנֶה, *iteratio,* d *secundum.* Gen. XLIII. 12. Jer. XVII. 18. — שָׁנִי, *dibaphum, coccineum.* Prov. XXXI. 22. Legerunt שְׁנַיִם. Vulg. *duplicibus.* Præferenda videtur hæc lectio receptæ, nam vestimenta duplicia certa adversus vim frigoris utilitate commendantur. Cæterum Breitingerus δισσὰς in δισσὰ mutavit, ac hanc vocem cum præcedenti sticho v. 21. ac verbo ἐνδι- e δύσκονται junxit auctoritate textus Hebr. Sir. I. 25. ἐν καρδίᾳ δισσῇ, duplici corde, h. e. *animo in spe non satis confirmato, qui partim fidit, partim diffidit,* quem qui habet, a Jacobo I. 8. ἀνὴρ δίψυχος vocatur. Conf. supra ad vocem διπλόος.

ΔΙΣΣΩ"Σ, *dupliciter.* פִּי שְׁנַיִם, *os duorum,* h. e. *duplex portio.* Inc. 2 Reg. II. 9. Sir. XXIII. 11. Eurip. Phœn. v. 1347.

ΔΊΣΤΕΓΟΝ, *duo tecta,* vel *duplex* f *tectum habens* seu *contignationem.* שְׁנִי, *secundus.* Symm. Gen. VI. 16. δίστεγα. Vide infra s. v. διώροφον. Strabo Geogr. XV. p. 1062. B. δίστεγον τὸν πύργον.

ΔΊΣΤΟΜΟΣ, *anceps,* q. d. *duo ora habens.* פִּיּוֹת et פִּיפִיּוֹת, plur. a פֶּה, *ora.* Psalm. CXLIX. 6. ῥομφαῖαι δίστομοι. Prov. V. 4. μαχαίρας διστόμου. — שְׁנֵי פִיּוֹת, *duo ora.* Jud. g III. 16. Sirac. XXI. 4. ῥομφαία δίστομος. Vulg. *bis acuta,* h. e. *utrimque acuta, duas habens acies, quasi ora.*

*ΔΙΣΧΙΛΙΑ'Σ. 1 Maccab. IX. 4. sec. Alex. δισχιλιάσιν ἵππων.

ΔΙΣΧΊΛΙΟΙ, *bis mille, duo millia.* אֶלֶף, *mille.* Num. XXXV. 4. — אַלְפַיִם, dual. Exod. XXXVIII. 30. Num. XXXV. 5. Jos. III. 4. — h *מָאתַיִם, *ducendi.* Inc. Cant. VIII. 12.

*ΔΙΣΧΊΛΙΟΣ. 1 Maccab. IX. 4. sec. Vatic. δισχιλίᾳ ἵππῳ.

ΔΙΤΑ'ΛΑΝΤΟΝ, *duo talenta.* כִּכָּרַיִם dual. a כִּכָּר, idem. 2 Reg. V. 23. Herodot. I. 50. p. 19. 1.

ΔΙΥ"ΛΊΖΩ, *sacco, percolo, defæco,* etiam *despumo, sordibus et scoria purgo,* metaphora petita a vino, i quod saccatur et percolatur, quod et ὑλίζειν vocatur, unde ὑλιστὴρ est *saccus vinarius, colum.* בְּמִזְרָקִים, *in crateribus.* Amos VI. 6. οἱ πίνοντες τὸν διϋλισμένον οἶνον. Legerunt בִּמְזֻקָּקִים, a זָקַק, *liquavit, percolavit.* Justinus M. in Dial. c. Tryph. Jud. p. 121. habet ἐν φιάλαις. Vide Scharfenb. ad Cappelli Crit. Sacr. P. III. p. 192. Vide quoque Boysenium in Symb. P. II. p. 115. — מְזֻקַּק, *liquatus, percolatus,* part. Pyh. Aqu. Ps. XI. 7. διϋλισμένον, *despumatum, purum a sordibus et*

a *scoria*, ubi sermo est de *argento*. Aqu. Symm. Ies. XXV. 10. Sec. Hex. Montf. quidem vox δῠ̈λισμόν s. δῠ̈λισμόν ad vocem שְׂמָרִים, *fæces*, refertur, sed male, nam apud utrumque respondet Hebr. מְזֻקָּקִים, et, quia Aquila presse vertere solet verba Hebraica, eum æque ac Symmachum δῠ̈λισμόν, non autem, ut nunc editum est, δῠ̈λισμόν, vertisse *b* arbitror.

ΔΙΫ́ΦΑΙΝΩ, *texo, pertexo*. Hinc δῠ̈φασμόν συμπλεκτὸν, *pertextum complexum* s. *textum conjunctum*. כְּפִי תַחְרָא, *velut os loricæ*. Exod. XXXIX. 22. Lucian. Ver. Hist. Lib. I. p. 379. 3.

ΔΙΦΘΈΡΑ, *pellis, membrana, vestis coriacea, tegmen, operimentum, volumen, libellus*. מְגִלָּה, *volumen*, *c* *liber*. Aqu. Theodot. Zach. V. 1. — מִכְסֶה, *tegmen, operculum*. Exod. XXXIX. 34. Herodot. Lib. V. cap. 38. τὰς βίβλους ab Ionibus prisca consuetudine διφθέρας dictas fuisse auctor est, quia, ut inquit, aliquando ἐν σπάνει βίβλων ἐχρέωντο διφθέρῃσι αἰγείῃσί τε καὶ οἰήῃσι, additque: ἴστι δὲ καὶ τὸ καθ' ἐμὲ πολλοὶ τῶν βαρβάρων ἐς τοιαύτας διφθέρας γράφουσι. He- *d* sych. διφθέρα, δέρμα, βύρσα, δίλτος, γραμματεῖον. Conf. Salmasium de Modo Usurar. p. 413. Mabillonium de Re Diplom. p. 33. Schwarzium de Ornam. Libr. apud Vett. §. 5. et Hemsterhus. ad Polluc. Lib. X. p. 1214.

ΔΙΦΘΈΡΩΜΑ, *membrana pellicea, in qua scribi solet, pellium scribendo aptarum collectio, volumen*. *e* גִּלָּיוֹן, *volumen*. Theod. Ies. VIII. 1. Vide τόμος.

ΔΙΫ́ΦΟΡΟΣ, *biferus, duorum generum fructus ferens*: secundum alios: *bis anno fructum ferens*. כִּלְאַיִם, dual. *mixtiones*. Lev. XIX. 19. ἀμπελῶνά σου οὐ κατασπερεῖς δίφορον sec. Ald. nisi fortasse legendum est διάφορον, quod alii libri habent. Adde Athen. Lib. III. p. 77. D. Aristoph. Eccles. v. 703. *f*

*ΔΙΫ́ΦΡΑΞ, *sella*. 2 Macc. XIV. 21. sec. Alex. et Compl. Sed pro δίφραξ sine dubio ibi reponendum est διαφέρους, ut legitur in Vat. Hesych. δίφραξ, κλιντὴρ, θρόνος γυναικῖος.

ΔΙΫ́ΦΡΟΣ, *sella, sedes*. כִּסֵּא, idem. Deut. XVII. 18. 1 Sam. I. 9. Prov. IX. 14.—מוֹשָׁב, idem. Job. XXIX. 7.— מִטָּה, *lectus*. 1 Sam. XXVIII. 23.

ΠΡΟ'Σ ΔΙΫ́ΦΡΟΥΣ ΚΑ'ΘΗΜΑΙ. *g* Jud. III. 24. ubi pro מֵסִיךְ הוּא אֶת־רַגְלָיו, *tegens ipse pedes suos*, h. e. per euphemismum, *ventris onus deponens*, LXX habent πρὸς δίφρους κάθηται: ubi δίφρος notat *sellam pertusam* s. *familiaricam*, quæ alias simpliciter *sella* aut *lasanum* dicitur. Hesych. δίφρος, ἅρμα, καθιστήριον, κράββατον, ὄχημα.

ΔΙΧΑ, *bipartito, in duas partes, dupliciter*, it. *absque, separatim, divi-* *h* *sim*. Sir. XLVII. 21. γενέσθαι δίχα τυραννίδα, h. e. ut fieret regnum *bipartitum*, s. imperium *in duas partes divisum*, non autem, ut Bielius transtulit: fieri dupliciter tyrannum, h. e. valde sævum et truculentum. Certe priorem explicationem postulat series orationis et historia. Vulgatus: *ut faceres imperium bipartitum*. Syrus et Arabs: *ut in duo regna dividerentur*. Xenoph. Cyrop. VIII. 7. 3. δίχα γε- *i* νέσθαι τοῦ σώματος, a corpore *separari*. Id. Expedit. Cyri VI. 4. 8. δίχα τὸ στράτευμα ποιῆ, *disjungere, dissociare* exercitum. Plato Cratyl. 14.

ΔΙΧΑ'ΖΩ, *divido, diffindo in duas partes, bipertior*. עָטַם, *findo, diffindo, discindo*. Inc. (sine dubio Aquila) Lev. I. 17. Aqu. Deut. XIV. 6. bestiam, cui sunt bifissæ ungulæ, vocat διδιχασμένον διχασμῷ. Copiose ac docte de hac voce disputavit

a Fischerus de Vitiis Lexic. N. T. p. 334.

ΔΙΧΑΣΜΟ'Σ, *diffissio.* שֵׁכַע, idem. Aqu. Deut. XIV. 6. δεδιχασμένον διχασμῷ. Nomen hoc, quod Stephanus in Thesauro omisit, reperitur quoque in Lexico Phavorini v. διέτρεσαν, qui sua hausit ex Eustathio ad Il. Λ', 481. p. 857. 48. ss. Rom.

ΔΙΧΗΛΕΥ'Ω, pr. *ungulas divido,*
b *ungulam habeo bisulcam.* פָּרַס, *findo, diffindo,* speciatim *ungulas divido.* Lev. XI. 26. sec. Compl. et Ald. Deut. XIV. 6.

ΔΙΧΗΛΕ'Ω, idem. פָּרַס, *findo, diffindo,* speciatim: *ungulas divido.* Lev. XI. 3. 4. 5. 6. 7. Deut. XIV. 7. Adde Symm., qui Ps. LXVIII. 32. pro מַפְרִיס, *ungulas dividens,* habet διχήλων, ubi sine omni dubio
c scribendum est διχηλῶν, vel διχηλεύων. Lex. Cyrilli MS. Brem. et Hesych. διχηλοῦν, δύο ὅπλα (Lege ex Phavorino ὁπλὰς) ἔχειν.

ΔΙΧΟΜΗΝΙ'Α, *medius mensis* s. *plenilunium.* Sirac. XXXIX. 15. ὡς διχομηνία ἐπληρώθην, sicut *plenilunium* impletus sum. Hesych. διχομηνία, τὸ ἥμισυ τοῦ μηνὸς τῆς σελήνης, ὅτε πληροσέληνός ἐστι. Lex. Cyrilli MS.
d Brem. διχομηνία, τῆς σελήνης πληρουμένης. Hinc διχόμηνις apud Pindar. Olymp. Γ', 35. Apollon. Rhod. Argon. I. 1231. ubi Scholiast. πανσέληνος.

ΔΙΧΟΣΤΑΣΙ'Α, *dissensio, seditio.* 1 Macc. III. 29. χάριν τῆς διχοστασίας καὶ πληγῆς.

ΔΙΧΟΤΟΜΕ'Ω, *in duas partes seco, divido.* נִתַּח, Pih. *in frusta di-*
e *vido.* Exod. XXIX. 17. Inc. Gen. XV. 11.

ΔΙΧΟΤΟ'ΜΗΜΑ, *segmentum, frustum, pars, divisio.* בֶּתֶר, *pars dissecta.* Inc. Jer. XXXIV. 19. ubi Cod. Norimb. et Theodoretus lacunam in LXX Intt. sic explent: καὶ ἦλθον διὰ μέσου τῶν διχοτομημάτων αὐτοῦ. — נֶזֶר, *segmentum, pars.* Gen. XV. 17. — נֶתַח, *frustum, segmentum.* Exod. XXIX. 17. Lev. I. 8. f
Ez. XXIV. 4. — *פֶּגֶר, *cadaver.* Gen. XV. 11. sec. Vat. ubi duæ versiones coaluerunt ac loco הַפְּגָרִים sine dubio legerunt הַגְּזָרִים, coll. v. 17. Hesych. διχοτομήματα, τμήματα.

ΔΙ'ΨΑ, *sitis.* כָּזָב, *mendacium.* Psalm. LXI. 4. ἔδραμον ἐν δίψῃ, ubi tamen pro δίψῃ reponendum est ψεύδει, ut LXX primitus habuisse ex Eusebio docuit Montfauconius. g
— צָמָא, *sitis.* Aqu. Theod. Amos VIII. 12. LXX 2 Par. XXXII. 11. Nehem. IX. 15. Ies. XLI. 17. — צִמְאָה, idem. Jerem. II. 25. — צִמָּאוֹן, idem. Deut. VIII. 15. Ps. CVI. 33.

*ΔΙΨΑ'ΔΗΣ, *siticulosus, aridus, aqua destitutus.* צִיָּה, idem. Symm. Psalm. LXII. 2. διψάδει. [ubi pro διψάδει vel διψάδι vel διψώδει scribendum esse facile intellegitur. h
Cæterum γῆ διψὰς s. διψώδης est i. q. γῆ διψῶσα Ies. XXXV. 6. et ἄνυδρος γῆ Ies. XLI. 19. K.]

ΔΙΨΑ'Ω, *sitio,* ac metaphorice, *valde desidero.* חֹרֶב, *siccitas.* Ies. XXV. 4. 5. — עָיֵף, *fessus, lassus.* Symm. Psalm. CXLII. 5. ὡς γῆ διψῶσα. Bene quoad sensum. LXX Job. XXII. 7. Prov. XXV. 26. Ies. XXIX. 8. — צִיָּה, *siccitas.* Ies.
XXXV. 1. ἔρημος διψῶσα, desertum i
aridum. Ibid. LIII. 2. ἐν γῇ διψώσῃ. Sic Euripides Alcest. v. 561. Ἄργους διψίαν χθόνα dicit: et Libya διψηρὰ dicitur Synesio Ep. 67. pag. 208. Conf. Spanhemium in Callimach. p. 10. — צָמֵא, verbum, *sitio.* Aqu. Ies. XLIX. 10. διψάσουσιν. Symmach. ac Theodot. διψήσουσιν. LXX Psalm. XLI. 2. ἐδίψησεν ἡ ψυχή μου πρὸς τὸν θεὸν, h. e. *valde desideravit* anima mea Deum. Psalm.

a LXII. 2. ἐδίψησέ σε ἡ ψυχή μου. Suidas: ἐδίψησεν, ἐπεθύμησεν. Vide et Sap. XI. 15. ac Lex. N. T. s. h. v. Hesychius: Δίψιον Ἄργος, Ἡσίοδος μὲν τὸ ἄνυδρον· Ἀρίσταρχος δὲ τὸ πολυπόθητον. διψᾷν γὰρ τὸ ἐπιποθεῖν. Adde Schol. ad Pindar. Nem. Γ', 10. — צָמֵא, *sitibundus*. 2 Sam. XVII. 29. Psalm. CVI. 5. Ies. XXI. 14. — צִמָּאוֹן, *sitis*. Ies. XXXV. 7. —
b צַמִּים, sing. *sitibundus*, sec. alios: *prædo*. Job. XVIII. 9. — *רֹדֵפִים, *persequentes*. Inc. sec. cod. Basil. Jud. VIII. 4. διψῶντες, quæ lectio Semlero in App. Crit. p. 298. vel ex διώκοντες orta, vel glossa esse videtur adjecta verbo præcedenti πεινῶντες, cui etiam assensus est Scharfenb. in Anim. ad h. l. Mihi autem hic interpres libere ac seriei orationis
c convenienter ita transtulisse videtur, modo διψῶντες vertatur: *qui ex persecutione sitibundi erant*. Confirmatur hæc mea sententia loco Prov. XXVIII. 15. ubi διψᾷν apud LXX respondet Hebraico שָׁקַק, *discurro*, et λύκος διψῶν est lupus, qui *sitim restinguendi causa discurrit*.

ΓΗ˜ ΔΙΨΩ˜ΣΑ, *terra sitiens*. עֲרָבָה, *solitudo, desertum*. Ies.
d XXXV. 6.

ΔΙ'ΨΟΣ, *sitis*. *כָּזָב, *mendacium*. Psalm. LXI. 4. sec. Vat. ἐν δίψει. Ita habent omnes codd. Græci et Latini. Vulg. *in siti*. Eusebius tamen monuit, LXX primitus habuisse ἐν ψεύδει, unde mendose factum fuerit ἐν δίψει. Vide ad h. l. Montfauc. Fortasse tamen ita verterunt, quia antecedens יִרְצוּ, *vo-*
e *luerunt* per ἔδραμον transtulerant derivantes a רוּץ, *currere*, nec commode dici posse existimarunt *currere in mendacio*. — *צִיָּה, *siccitas, ariditas*, metonymice *locus aridus*. Symm. Psalm. LXXVII. 17. ἐν δίψει (h. e. ἐν γῇ διψάδι sive διψώδει, quod Psalm. LXII. 2. in ejusdem interpretis versione legitur) ἐν ἀβάτῳ: ubi duæ versiones coaluerunt ac verba ultima ἐν ἀβάτῳ e versione f Aquilæ perperam irrepserunt. — צָמָא. Exod. XVII. 3. Deut. XXVIII. 48. Jud. XV. 18. — צָמֵא, *sitibundus*. Ies. XLIV. 3. — תֹּהוּ, *inane, locus vastus*. Deut. XXXII. 10. ubi δίψος καύματος est *locus, qui per æstum maximam sitim inducit, locus arens et aquis destitutus*. In textu Hebr. legitur בְּתֹהוּ יְלֵל, *in vastitate ululatus*; ubi non- g nullis legisse videntur בתה ללות, ab Arab. اعلل, *salivam de palato suo lingere per sitim*, unde תה ללות, *nuda et a sole adusta loca*.

ΔΙΩΓΜΟ'Σ, *persecutio*. דָּלַק, *persequor*. Symm. 1 Sam. XVII. 53. ἀπὸ τοῦ διωγμοῦ, *postquam persecuti fuerant*. Ita Vulgatus. — מֵרַדֵּף, part. Pih. *persequens*. Prov. XI. 19. διωγμὸς δὲ ἀσεβοῦς, ubi partici- h pium in substantivum ejusdem verbi mutarunt, sensu tamen parum mutato. Vide s. v. ἀσεβής. — מָרוּד, *planctus*. Thren. III. 19. ἐκ διωγμοῦ πικρίας μου. Legerunt sine dubio מֵר דִּפִּי: nisi statuere malis, eos vocem Hebr. deduxisse a רָדָה, s. רָדַד. Arab. ردّ notat *in fugam vertere, fugare*. Conf. Cor. Sur. XXXIII. 25. Etiam רָדָה LXX alibi per διώ- i κειν transtulerunt.

ΔΙΩΘΕ'Ω, *impello, perpello, repello, rejicio*. Διωθέομαι, *abjicio*. הָדַף, *trudo, impello*. Ez. XXXIV. 21. ταῖς ὤμοις ὑμῶν διωθεῖσθε, humeris vestris abjicitis. Hesych. διωθεῖτο, ἀπεκρούετο, ἀνεκρούετο, ἀπερρίπτετο, ἀπέρριπτε.

ΔΙΩ˜ΚΤΑΙ, *vindices, persecutores*. Hos. VI. 8. ubi pro עֲקֻבָּה מִדָּם,

a *fœdata sanguine*, Symmachus habet διῶκται ἀπὸ αἵματος. Modo deleas ἀπὸ, sensus bene expressus videtur. Nempe עָקַב dicitur quoque eo sensu, ut sit *vestigia premere, persequi.* ΔΙΩ'ΚΩ, *persequor, insequor, omni studio sector, concupisco, appeto, omni studio annitor*, item *fugio.* דָּדָה, nomen proprium, *Dedan.* Ezech. XXV. 13. διωκόμενοι. Legerunt ex b nonnullorum sententia נִרְדָּפִי aut מִרְדָּפִי. Sed rectius statuisse mihi videtur Cappellus, cui in Notis Critt. ad h. l. p. 553. יוֹדָדָה legisse videntur, h. e. *diffugient*, a rad. נָדַד. — דָּהַר, *plaudo.* Nah. III. 2. ἵππου διώκοντος. Legerunt sine dubio מֹהֵר, a מָהַר, quod est *properare.* — דָּמָה נִשְׁמָד, *cogito perdere.* 2 Sam. XXI. 6. ἐδίωξεν ἡμᾶς, quæ c verba ex alio interprete τοῖς ὁ' inserta videntur. — הֵחֲרִיד, Hiph. *perterreo.* Ies. XVII. 2. Libere verterunt.—הָלַךְ, *eo, ambulo.* Mich. II. 11. — חָרַד, *trepidus.* Esdr. IX. 4. ubi pro διώκων sine dubio reponendum est διΐδων. Complut. habet ὁ ἵντρομος. — נָדַף, *propello, propulso, depello.* Prov. XXI. 6. διώκει μάταια, *vana sectatur.* Loco נָדַף, *impellitur,* d legit רָדַף, *persequitur.* Vide ad h. l. Jaegerum. — נוּס, *fugio.* Ies. XIII. 14. εἰς τὴν χώραν ἑαυτοῦ διώξονται, in regionem suam fugiet. Ib. XVII. 13. Amos II. 16. Confer infra s. v. רוּץ. — רָדָה, *dominor, tyrannidem exerceo.* Lev. XXVI. 17. — רָדַף, *persequor.* Genes. XXXI. 23. ἐδίωξεν ὀπίσω αὐτοῦ, persecutus est illum. Ex. XV. 9. διώξας καταe λήψομαι, persequens comprehendam. Psalm. XXXIII. 14. ζήτησον εἰρήνην, καὶ δίωξον αὐτὴν, quære pacem et *sectare* illam. Prov. XV. 10. διώκοντας δικαιοσύνην, *studiosus* justitiæ. Sir. XXVII. 8. ἐὰν διώκῃς τὸ δίκαιον. Vide et Ies. LI. 1. et confer Lex. N. T. s. h. v. Ies. V. 11. τὸ σίκερα διώκοντες, siceram *appetentes.* Lex. Cyrilli MS. Brem. διώκοντες, ἐπιτιθοῦντες. Sic et Suidas docet, διώκειν pro ἐπιθυμεῖν καὶ ὀρέγεσθαι usurpari. f Hos. VI. 3. διώξωμεν τοῦ γνῶναι τὸν κύριον, *omni studio annitamur*, ut Deum cognoscamus. Cohel. III. 15. ubi loco τὸν διωκόμενον legendum est τὸ διωκόμενον, h. e. *quod per id, quod sequitur, demovetur.* Vulgat. bene: *quod abiit.* Eandem significationem habet ib. τὰ ἐκδιωκόμενα apud Symmachum. — רוּץ, *curro.* Jer. LI. 31. Hab. II. 2. g Hagg. I. 9. ὑμεῖς δὲ διώκετε ἕκαστος εἰς τὸν οἶκον, vos autem *fugitis* singuli in domum. Vide Abresch. ad Æschyl. Tom. I. p. 81. Hesych. διώκειν, καταλαμβάνειν φεύγοντα, ἢ καταστρέχειν ἐν κλίμαξι, καὶ φεύγειν μετὰ ὁρμῆς. Conf. Hom. Il. Ψ'. 344. ubi Eustath. σπουδαίως θέειν. Pind. Nem. Od. X. 123. — רֶסֶן, *frænum.* Ies. XXX. 28. διώξεται αὐτοῦ πλάνησις. Libere ver- h terunt. Alii habent ἐκτόσεται. — שָׁדַד, *vasto.* Ies. XVI. 4. — *שָׁפַט, *judico.* Theod. et Quint. Ed. Psalm. CVIII. 31. Sensum expresserunt. Vox Hebr. enim h. l. *morti aliquem addicere, condemnare* notat. Sap. II. 4. ὁμίχλη διωχθεῖσα, *nebula, quæ premitur a radiis solis*, coll. V. 15.

ΔΙΩ'ΡΟΦΟΣ, *bicameratus, duas contignationes habens*, ex δίς et ὄροφος, propr. *calami* s. *arundinis genus* i *a vetustis in tegendis domibus adhibitum*, it. *tectum.* שֵׁנִי, *secundus.* Gen. VI. 16. κατάγαια διώροφα, ubi Symmachus δίστεγα habet. Apud Hesych. vitiose legitur διώροφα, δίστεγα. Rectius Suidas: διώροφον, τὸ οἴκημα τὸ δύο ἔχον στέγας.

